
B 266



F1206-118

Meteorologia Ariſtotelis. Eleganti Iacobi Fabri Stapulenſis Paraphraſi explanata. Cōmentarioq; Ioannis Coclæi Norici declarata ad fœlices in philoſophiæ ſtudiis ſucceſſus Calcographiæ iamprimū demandata.

1678.



Chelidonius Muſophilus. Ad Lectorem.

Eſt citra decimæ quicquid curuamina ſphæræ
Vna non facie ſiue tenore manet.
Sedibus ipſa ſuis mutantur ſidera & orbes
Induit & vultus Luna ſubinde nouos
Plus etiam phœbes ſub fornice. quattuor inter
Corpora iuris habet lis & amicicia.
Aeris hinc vaſtiq; maris. telluris & ignis
Apparent miris plæraq; monſtra modis
Quæ tibi præſenti Lector cernenda libello
Producit Cocles eruta mille locis.

ARGVMENTVM IN TRES LIBROS
Meteororū: Ioannis Coclæi Norici.

Quid natura parēs/quid phœbus & aſtra minora
  Parturiant terris/hæc Meteora docent.
Nempe liber primus/mundū Aethereum docet imo
  Contiguum/ vt virtus quælibet inde fluat.
Aeris & trifidam regionem / incendia ſummæ
  Et frigus mediæ/ ac infimæ vtraſq; vices.
Flammaſq; aereas/ euanida lumina cœli.
  Stellarum lapſus/ſydereaſq; faces
Et barbam rutilam/crines / caudamq; Cometæ
  Dira oſtenta ſimul/deniq; lactis iter.
At pluuiis madidas/grauidas quoq; grandine nubes
  Altera pars narrat/ mollicomaſq; niues.
Herbicolas roris ſuccos/ canamq; pruinam
  Et liquidos fontes/perpes origo quibus.
Perpetuoſq; amnes/& flumina montibusorta
  Mutataſq; vices aridi & vndiflui.
Deinde maris vaſtos fluctus/ Lunæq; ſequaces
  Aeſtus: & cauſas/cur ſalis humor ei.
Tercius hinc codex docet/ aſpera flamina ventorū
  Vnde cient tanto prælia ſœua ſono.
Pondera cur terræ quatiant molimine vaſto:
  Dum cecam quærunt per latebroſa viam.
Vnde tonent nubes ruptæ ſtrepituq; fragoris
  Horriſono/elidant fulguraq; igne leui.
Turbo rapax cur verrat humum/frangatq; leuetq;.
  Fulminaq; vnde ruant/ tela triſulca Iouis.
Vnde corona nitens ſub ſydere/& Iris in arcu
  Roſcida purpureo tam variata rubet.
Tandem multiplices ſoles/virgaſq; nitentes:
  Quoſq; fouet partus viſcere terra/ docet.

Præſtantiſſimo eximioꝗ Antonio Kreſs I.V. Doctori celeberrimo/atqꝫ digniſſimo Laurētianæ eccl'iæ Præpoſito Norinbergæ Domino ſuo/Io. Coclæus Noricus. S.P.D.

Si mihi tercentum linguæ ſint/oraqꝫ centum: obſeruandiſſime Domine Præpoſite: nō queā Philoſophiæ meritas explicare laudes/ cū ois boni ſpeciē præ ſe ferat: qppe quæ mirabili quodā dulcore ſuos delectet alumnos cū ſynceritate quidem & puritate Cōferatꝗ ad omnē vitā/tum publicā tū priuatā/ recte inſtituēdā. Teſtāte li. v. Tuſcu. q. Cicerone/q ad eā cōuerſus/diuino quodā eloquio ſic ora reſoluit. O vitæ philoſophia dux. O virtutis indagatrix. expultrixqꝫ viciorū. Quid non modo nos/ſed oīno vita hominū ſine te eſſe potuiſſet? Tu vrbes peperiſti. Tu diſſipatos hoīes in ſocietatē vitæ cōuocaſti. Tu eos inter ſe. primo domiciliis/ deinde cōiugiis/tum litterarū & vocū cōmuni ore iunxiſti Tu inuētrix legū. Tu magiſtra morū & diſciplina fuiſti. Ad te cōfugimus/a te opē petimus. Tibi nos/vt antea magna ex pte/ſic nūc penitus totoſqꝫ tradimus Et Apuleius librū de mūdo ſic ordit̄. Cōſiderāti mihi (inqt) & diligētius intuēti & ſæpe alias/ Fauſtine/mihi virtutis indagatrix/expultrixqꝫ viciorum/diuinarū particeps rerū philoſophia videbat̄ Et nunc maxime/ cū naturæ interpretationē & remotarū ab oculis rerū/inueſtigationē ſibi vēdicet. Nam cū cæteri magnitudine rei territi/eiuſmōi laborē arduū & pfundum exiſtimauerūt. Sola philoſophia ſuū nō deſpexit ingenium/ nec indignā ſe exiſtimauit/ cui diuinarū & humanarū rerū diſceptatio deferat̄. Eſt aūt trifida: Rationalis. quæ linguā format Moralis/quæ mores inſtruit: Et nauralis. quæ rerū naturas cōtēplat̄: Tāto quidē dignior cæteris/quantū diuina humanis rebus præſtant. Authore Seneca/ſacro quodā adyto repoſita. Cuius oſtia reliquæ cuſtodiūt. Etenim niſi moribus ſynceris mēs ſit imbuta Limpide/nec deū nec dei opa cōtēplabit̄ vnꝗ Q d' ſi lingua quoꝗ nō fuerit rationali philoſophia erudita/pulcra illa rerū contēplatio/fœda verborū colluuie deturpata/ vileſcet. Hinc eſt ille putidus ſacratiſſimi ſtudii contemptus/oblitteratio/exitiū. Adoleſcētes nāqꝫ/ triuiales diſciplinas nitidiore ſermone edocti. vbi philoſophiæ arcana verborū ineptiis/occluſa cōperiūt. In ipſo limine deterrent̄. Poſthabita itaqꝫ philoſophia/ Alii totam ætatē māſuetioribus dedunt litteris: Alii iuris ſtudiū immature amplexant̄: Alii feſtināter medicinæ ob quæſtum inhiant. Et quidē pernicioſiſſime. Nam politiora latinitatis ſtudia, vt maximo ſunt ornamento/vbi rerū cognitioni iūgunt̄: Ita grauiſſimo ſunt detrimēto/vbi rerū ſciētia deſtituunt̄. Hinc illa quorundā (q indigne vocant̄ ab impitis poetæ) leuitas/ſcurrilitaſqꝫ/ac ſcelerata p omne dedecus vita: Vilia Bacchi Veneriſqꝫ mancipia: Non Phoebi Palladiſqꝫ pii vates: quos Ariſtoteles Priſcos vocat Theologos: Virgilius/Sacerdotes caſtos & phoebo digna locutos. Iuris aūt ſciētia/Morali philoſophiæ ſubalternata eſt (ipſis iurecōſultis atteſtātibus) & Medicina naturali. Nam vbi philoſophus deſinit (inqt Ariſtoteles) Medicus ibi incipit: At ars ſubalternata (vti dicit̄ primo Poſteriorū) principia ſua recipit a ſubalternante Neglecta igit̄ philoſophia/addiſcūt principiata ſine principiis/

atq; ſine valle ac radice montes fundant. Hinc noxia pharmaca/ falſa iudicia. Im
maturi hominũ interitus. Sed nũquid incuſo/ ſacrã poeſim. Venerandam legum
maieſtatẽ/ fulcimẽtũq; vitæ humanæ medicinã? Abſit. Quid ergo? Contemptũ
philoſophiæ/ ſed ne hũc quidẽ adeo/ atq; inuiſam ſtili Barbariem: q̃ ab antiquis
philoſophis maxime degeneramus. Nam Ariſtoteles elegãtiſſime totã ꝑſcripſit
philoſophiã: Ante eũ Plato. atq; ante hunc Empedocles Ariſtotelis ſane elegã
tiam/ predicat Io. Argyropilus interpres/ atq; noſter Bilibaldus Pyrckhemer/ qui
omnia ferme opera eius/ ꝓprio (id eſt Græco) charactere impreſſa poſſidet: eũq;
Plutarcho & comptiorẽ & planiorẽ eſſe teſtat̃. Platonis vero copiã mellifluam
mirant̃ Diuus Auguſtinus ac Marſilius Ficinus. Totuſq; Oratorũ cetus. Empe
doclis ingeniũ extollit Lucretius ꝙ carmine (qđ ornatiſſimũ eſt dicendi genus)
philoſophiã ꝑſcripſerit At hi græci fuere. ¶ Cicero vt pater eſt eloquẽtiæ Apud
latinos. Ita primus extitit (vti de ſe ipſo teſtat̃) q latine philoſophatus eſt. Poſt
eum. M. Varro. Columella Macrobius. Plinius. Seneca. Boetius. viri Oratores/
eloquẽtiæ lumina. At poſt Boetiũ/ ſimul cũ regno litteras ꝑdidere latini: vtraq;
arripuere Barbari. Ciceronis Varroniſq; opera/ plurima deperdita ſunt. Boetii
trãſlatio deprauata/ adeoq; octingentis iam annis corrupta/ vt ipſe ꝓfecto/ ſi ex
mortuis reſurgeret/ ſuã eſſe negaturus eſſet: Obſcurũ nunc vocat̃ philoſophiæ or
ganũ. Elegantiorẽ ædidit nuꝑ interpretationẽ Argyropilus Byzantius atq; Leo
nardus Aretinus. quorum opera/ philoſophia priſco reſtitui poſſet nitori. Rem
fideliter adiuuant Hermolaus Barbarus & Iacobus Stapulenſis: Ille Themiſtii
Paraphraſim latinitate donauit. Hic illum ſecutus. latinam interpretationẽ pla
niorẽ reddidit. Inter eius opera Meteorologica paraphraſis/ noſtris adoleſcenti
bus cõmodior viſa eſt/ qua imbuti/ ad philoſophiæ ſtudia feruẽtius accendant̃.
Nam plana eſt. & iucunda/ nõ multis obnubilata opinionibus/ ordinate ꝑ ca
pita diuiſa/ capitũq; cõcluſiõibus luculẽtiſſime digeſta: Ita vt opus ſit minime/
longa ſubdiuiſionũ cõtinuatiõe/ capita in partes/ partiũq; particulas dilacerare
Quapropter nolui in cõmentario textus materiã repetere/ ſatius fore arbitratus/
Adoleſcẽtes textum addiſcere (qui & elegans eſt. & Ariſtotelis ſentẽtiæ fidelis
aſſertor) quã multa verborũ circuitiõe ipſos defatigari/ memoriãq; eorũ a textu
diſtrahi. Plurima tamen adieci ex ceteris Authoribus. quæ ad ampliorem faciãt
rerũ cognitionẽ/ alliciantq; iuuentutẽ/ in philoſophorũ amorẽ/ venerationẽq;/
vt ſic & rerũ cognitiõe & authorũ præſtãtia pellecti/ In penitiora philoſophiæ
ſecreta altius ꝓgrediant̃/ altioribuſq; ſtudiis ſolidius iaciãt fundamentũ. Nolui
enim ſolã mãſuetiorũ litterarũ exercitationẽ eis ꝓponere: ne præter fabularũ dul
cedinẽ iucundum vtileq; iudicarent nihil: Quapropter & Coſmographiæ &
Meteorologiæ principiis ipſos erudiri/ multo vtiliſſimũ fore duxi. Nã tãta rerũ
admiratiõe: ſpero: euehent̃ ad altiora ſtudia foeliciter & abſq; faſtidio/ vberiori
cũ fructu adamplexãda. Hunc itaq; meum laborem/ cæteroſq; oẽs (ſicut & me
ipſum) tibi iampridem vt dedicaui. Ita & nũc offero dedoq;. ꝓ mea in te obſer
uantia/ publicoq; iuuentutis profectu: Vale ex ſcholis noſtris. xv. Kal. Martii.
Anno ſalutis noſtre. Milleſimoquingẽteſimoduodecimo

TRES LIBRI METEORORVM ARISTOTELIS: PARAPRASI IACOBI STAPVLENSIS EXPLANATI. ATQVE COMMENTARIO IOANNIS COCLEI NORICI DILIGENTER ELVCIDATI.

¶ PRIMI CAP. PRIMI LIBRI METEORORVM NOTE.

¶ Meteoros/ſublimis interpretatur.

¶ Meteorologia/imperfectorum mixtorū diſciplina: quorū quædam ſunt ignea/hec aquea/ hec aerea/ illa vero terrea. ¶ Impreſſiones ignitæ ſunt: ſtipulæ ardentes/æges/dali/ſydus volans/candelæ/ trabes/ columnæ/teretes lanceæ/clypei/globi/ faces/ ignitæ pyramides/draco volans/ & ſimiles. ¶ Phantaſmata ſunt: hiatus/colores/illuminatiōes/galacia. Addunt etiam cometa & galacia ignitis. ¶ Aſtrorū lacte/ via lactea/ galacia. ¶ Impreſſiones aqueæ ſunt: vapor pluuia/ros/ pruina/nix/grādo/fontes/flumina/ mare ¶ Aereæ: venti / terræmotus /flumina / ecnephias/ typhon. ¶ Quæ radiorū apparitione fiūt/ halo/iris/ virgæ/ parahelii. ¶ Impreſſio/ mixtū imperfectum.

LIBER METEORORVM CONTINET q̃ttuor partiales libros: ignis/aqua/aer/ terra/ Primus octo cap. Primum cap. continet vnam cōcluſionē: quā ea de q̄bus antea egit. & quæ poſtea acturus eſt/cōplectit̃. ¶ Concluſio. De primis cauſis naturæ. de omni motu naturali. de cœlis aſtrorū multitudine perornatis. de elementis quot & quæ ſint. de eorum adinuicē ꝑmutatione. & vniuerſaliter de generatione & corruptione dictum eſt. Nunc partē illam A

Materia circa quã Meteorologia verſatur B

(quam Meteorologiam vocant) ſupereſt abſoluere. ¶ Nam hæc ſunt quæ accidũt ſcd'm naturã inordinatiorem quidem. magiſq; tranſmutationi peruiam. & minus ſibi cõſtantem. Et primo determinabimus de impreſſionibus ignitis/phantaſmatibus/ cometis/& aſtro⁊ lacte. De impreſſionibus aquæ: deinde aeris: vt ſpiritibus/terræ tremoribus/fulminib9/ecnephiis/typhonibus/de his quæ radiorũ apparitione fiũt. & terræ/vt quæ congelatione ꝑcreent/deinde de animalibus & plantis. His enim determinatis fere quæ a principio propoſuimus / finem ſuum nacta erunt & aſſecuta.

Cómentarius Ioannis Coclæi Norici.

Primũq; caput Prohœmii partes agit: Nam cum naturalis philoſophiæ materiam generatim recenſet/ordinẽ ſimul & cõnexum librorum inſinuat. ¶ Sane tota naturalis philoſophia ab Ariſtotele octo libris cõſũmata/res naturales ꝑfecte ac elegãter edocet omnes/maximas ꝑinde omnibus cũ alumnis/ipſi gratias debet.

	Primus		Phyſicorum		Vlibus principiis proprietatibuſq; naturæ.
Octo libri Naturalis Philoſophiæ	Secũdus		De cælo & mũdo		Natura motuq; locali cæli & q̃ttuor elementorum.
	Tertius	Itaq; inſcribiẽ	De generatione & corruptiõe	q agit de	Reliqs ſpeciebus motus elementorũq; tranſmutatione.
	Quartus	Liber	Meteororum		Mixtis imꝑfectis
	Quintus		De Mineralibus		Metallis
	Sextus		De Anima		Potentiis animæ
	Septimus		Paruorũ naturaliũ		Operatiõibus animæ.
	Octauus		De Animalibus		Naturis animaliũ

Libri partiales ſingulorum.

¶ Primus cõtinet octo libros partiales. Scd'us q̃ttuor. Tercius duos Quartus q̃ttuor. Quintus non eſt trãſlatus. Sextus tres habet libros. Septimus tractatus ꝑmultos. De ſenſu & ſenſato. De ſomno & vigilia. De diuinatiõe. De memoria. De lõgitudine & breuitate vite. De reſpiratione &c. Octauus vero totam cõtinet animalium hiſtoriam: Nam iuſſu Alexandri magni/ per vniuerſam terram exploratores miſit Ariſtoteles qui animaliũ tam diuerſorũ naturas ſciſcitarent/ de q̄bus ipſe hiſtoriã ꝑſcriberet. Sub eo cõprehendi debet liber De Vegetabilibus & plantis. Nam & hec animata ſunt.

Ratio ordinis librorum

¶ Hinc rationem ordinis cõiectare/ haud erit difficile/ ſi ſupponat̃/ de generalioribus prius agendũ eſſe. Nam ipſis ignoratis/ particularia quoq; ignorent̃/ neceſſe eſt. ¶ Quare igit̃ Meteorologia/ quartũ ſortita eſt locũ? quia tractat de mixtis impfectis/ quæ ſequunt̃ quidẽ elementa & cælos/ tãquã corpora ſimplicia/ præcedũt vero mineralia & aĩata corpora/ tanquã mixta pfecta/ quæ ab elementorũ ſimplicitate longius diſcedũt.

Quid Meteorologia

¶ Quid eſt Meteorologia? Eſt ſermo vel ratio eorum quæ in ſublimi apparent. Meteoros enim ſublimis interpretat̃. Dicunt̃ itaq; hi q̃ttuor libri Meteora. orũ. Sicut phyſica orũ. Corrupto vocabulo a quibuſdam inſcribuntur libri Methaurorum.

Dubiũ de terre motu

¶ Quare aũt agit de terræ motu/ q nõ i ſublimi ſed in imo accidit? quia fit ex eadẽ materia/ ex qua vẽtus & tonitruus quæ ſurſum fiũt. Adde ꝙ ſpiritus ille/ qui terrã cõcutit/ ex ſublimi in ima terræ viſcera deſcẽdit.

Impreſſiones/ mixta impfecta.

¶ Quæ apparẽt in ſublimi? mixta imperfecta quæ & impreſſiones dicuntur/ ꝙ imprimant̃ ab aliquo exteriori agẽte/ vtpote a ſole/ ſeu a loco. Nam vapor a ſole ſuſtollitur/ & ab aeris qualitate trãſmutat̃. Sed quare dicunt̃ mixta impfecta? quia nõ habẽt de omnibus elemẽtorũ q̃litatibus temporamentũ nec ex omnibus elemẽtis cõſtant/ ſed ex duobus tantum/ aut tribus ad ſummũ. Accedunt itaq; proxime/ ad naturã ſimplicis elementi qd' in eis predominat̃/ vt pluuia ad aquã. Ventus ad aerẽ. Coruſcatio ad ignem.

Quadruplices impreſſiões

¶ Quotuplices ſunt impreſſiones Meteorologicæ? Quadruplices. Igneæ/ Aereæ/ Aqueæ/ & Terreæ. Igneæ rurſus duplices/ flammæ & phantaſmata. flammæ quidẽ quæ vere ardent. phantaſmata vero/ quæ non ardent ſed ſolis luce colluſtrant̃.

	Stipulæ		Hiatus	
	Aeges	Phantaſmata	Illuminatiões	De his oibus
Flãmæ	Dali		ſerotinæ	ꝑtractat pri
	Sydus volãs		Galacia	mus liber
	Cometa			

Aqueæ	Pluuia Ros Pruina Nix	Itē	Grando Fontes Flumina Mare	De qbus determinat ſcd'us liber

Aereæ	Venti Terræmotus Fulmina Tonitrua Ecnephias Typhon	quædā radiorū apparitiōe fiūt	Halo Iris Virgæ Parahelii	De oībus iis agit tertius liber

Terreæ	Aurum Argentū Stannū Ferrum	Et reliq̄ metalla, lapideſq̧, que in terra ex cō creto generant̄ vapore: de qbus pauca habet finis libri tercii. at copioſe de ipſis tractat̄ in libris mineralium

Quartus liber Meteororum

¶ Ceterum quartus liber terræ aſcribit̄, qa eſt de accidētibus terreoꝝ vtpote, de digeſtione, maturatiōe, elixatione, aſſatiōe, liquefactiōe, coagulatiōe &c. At quoniā ꝓlixior eſt, prioribuſq̧ minus iucūdus cōſulto nunc pretermittit̄, ne Tyrunculis tedioſam faciat moram.

A
Expoſitio textus

¶ Quando igitur dicit textus. Liber Meteororū cōtinet quatuor partiales libros: Ignis, aqua, aer, terra: Ponit̄ ſcibile ꝓ ſcientia: materia ꝓ libro. Elementorū item nomina ꝓ mixtis imperfectis, quæ illorū naturam magis participant, euidentiuſq̧ repreſentant: vt ignis ponit̄ ꝓ ignitis impreſſiōibus, aqua ꝓ aqueis.

Natura in ordinatior ꝑpter tria
B

¶ Quare impreſſiones huiuſmodi dicunt̄ accidere ſcd'm naturā inordinatiorē ꝑpter tria (vt inquit S. Tho.) Primo ex parte tpis in quo fiunt: Non eſt enim determinatū, vti partus animaliū, fructus arborum, coniunctiones, motuſq̧ ſtellarū. Scd'o ex parte loci: quia nō ſemper habēt eundem vt celeſtia, locum. Tercio ex parte agentis: quod non ſemper habet eandem ad patiens ꝓportionē. Adde ꝙ materia quoq̧ earū contingenter accidit. Sunt itaq̧ reliqua naturæ opera magis ordinata, ex certioribuſq̧ cauſis procedunt.

SECVNDI CAP. NOTE.

¶ Aquæ & terræ nomine: aquea & terrea etiam complectimur. ¶ Theorema principiū, aut propoſitio in Geometria demonſtrata.

Secundũ cap. continet duas concluſiones. & quattuor de cõtinentiæ inter cœlum & terrã diuerſitate: opiniones. ¶ Prima concluſio. Cœlum cauſa eſt efficiens impreſſionũ & apparentiũ de quibus intendimus. aqua autem & terra. materia: materiãq; vnde fiant preſtãt. ¶ Nam idcirco mũdus inferior quattuor elemẽtis cõplexus: igne. aere. aqua & terra (quorũ hæc ad mediũ. illa a medio ferunt: & quorum ſupereminens & ſummus cœlum tangẽs eſt ignis. terra. ſubſidens & infima. aqua & aer. media: aqua terræ vicinior. aer vero igni cœlo attiguus eſt: vt ab eo recipiat virtutẽ Eſt autẽ ex neceſſitate ſuperioribus latiõibus attiguus. vt omnis ipſius virtus inde gubernet. Cœlũ enim primã cauſam putare oportet: vt cuius motus perpetuus ſit. finẽ nõ habẽs: ſed ſemp in fine Et aquã & terram apparẽtiũ materiã preſtare: poſtea fiet manifeſtius. Hinc enim elementi ab elemẽto vt ignis & terræ diſtãtia finita. & omnia eiuſdẽ materiæ ſimilitudine conuenire oportet. quo poſſint ſubiecta elementa pati: materiãq; eorum quæ in ipſis fiant miniſtrare. ¶ Secũda. Terra cõparatione corporum circumſtantium parua exiſtimanda eſt. ¶ Nam Theorematibus Mathematicis cognitum eſt. terram multis aſtris eſſe minorẽ: quæ pũctorũ inſtar ad circũambientia corpora nobis apparent. Eſt igit terra ad ambiẽtia. corpora paruula mole extimanda. ¶ Et qd inter cælũ & terrã mediaret: fuit opinionũ diuerſitas. ¶ Quattuor de hac diuerſitate opiniones. ¶ Prima eſt antiqua opinio. q mũdus circa lationes ſupiores ſit cœleſti corpore plen9: dictus æther (vt recte voluit

C Mũdus inferior ſuperiori contiguus eſt neceſſario

Terra quibuſdam aſtris minor

D Quid mediat iter celũ & terrã.

antiquitas) qa ſempiterne currat:& aliqd diuinitatis eius natura participet. Quod & nos ipſi hoc noſtro æuo dicimus. Nō enī putare oportet raro/ neq; ſemel neq; bis/ab hominibus(q præfuerunt) iterari opiniones:ſed infinities. Anaxagoras autē æthera vocauit: quia ſempiternū ignē ipſum putauit. ¶ Scd'a opinio eſt dicentiū totū a terra ad ſydera aere plænū eſſe.qa ſic appareat. Sed hæc puerilis eſt opinio : & mathematicam non tenentiū. Excederet enim nimis æqualitatem cōmunis analogiæ ad coelementaria corpora. ¶ Tertia eſt dicentiū illam totam diſtantiā eſſe igne plænam.Sed ſi ſic:olim deſtructum eſſet vnūquodq; elementorū. ¶ Quarta eſt dicētiū intercapedinē cœli & terræ totam aere & igne plænam. Sed id eſſe non

Proportio elemētorū adinuicē

poteſt.Nam cum ex terra fit aqua. & ex aqua fit aer/ & ex aere fit ignis. Videmus exceſſum moliū/& q̄lis ꝓportio tantillæ terræ ad factam aquam: tanta & totius terræ ad totam aquam. Et qualis aquæ ad factū aerem:& totius aquæ ad totum aerem. Quare maior moles aquæ q̄m terræ.& quā oportet intercipi: & maior aeris q̄ȝ aquæ. Et quāuis exſeinuicē ſcd'm ſe tota nō fiant/ neq; æqualibus molibus ſe circūſtent: eorū tamē æqualis virtus/ vt vnū:alteꝝ ſuperare/ſuperūinciq; nō poſſit.Et manifeſtū eſt/neq; ſolū vnū/ neq; duo/ſed tria:aquā aerem/& ignem/inter cœli & terræ contineri ambitum.

Celū mundo iferiori attiguū. Celū agit triplici inſtrumēto

¶ In hoc ſcd'o capite.Philoſophus inueſtigat cauſam effectiuā impreſſionū/quā celum eſſe aſſerit.Quoniā vero omne agens naturale agit ꝑ contactum. Ideo cum celum agat in hæc inferiora. erit eis neceſſario attiguū.Et d'inde inquirit hic philoſophus: per quid celum terris iungat/ In quas virtutē tranſfundit. ¶ Etenim celū in hæc in/

ſeriora agit triplici inſtruméto: Motu/lumine/& influentia.
¶ Motu quidẽ. Nam motus cœli eſt primus motuũ: viii. phy. Atq; Motu
primũ in vno quoq; genere eſt cauſa ſequẽtiũ. ix. Meta: Igiẽ ſi cœlũ
ſtaret/ ceſſaret omnis inferiorũ quoq; motus: immo certe ne feſtuca
quidem leuari poſſit. ¶ Lumine vero/quia aſtra diuerſos habẽt effe- Lumine.
ctus radiis tum rectis/ tum obliquis/qui a luce ipſorum ſpargunt.
¶ Influentia deniq;: Nam intra tellurem varii latent naturæ partus/ Influentia
quos nec motus/nec lux cœli attigit/ſed occulta quædã virtus/motũ
ac lumen efficaciter cõſequẽs. ¶ Nec ab re quidẽ. Nam corpus na-
turale cõſequunẽ motus & ſenſibilis qualitas. Cœlum vero corpus Motus &
eſt naturale & quidem perfectiſſimũ. Igiẽ ei perfectiſſimus quoq; lux. celi ꝓ
motus/& ſenſibiliũ ꝑfectiſſima cõgruũt: At nullus motus ꝑfectior pria
orbiculari · viii. phy. nec vlla qualitas ſenſu perceptibilis/eſt luce ꝑ
fectior: Erũt igiẽ hæc/celeſtis corporis ꝓpria. Quare immarceſſibili
quoq; ſubſtãtia cœlum exiſtit: quando motus eius & qualitas cõtra
rium non habent. ſcd'o celi. ¶ Huic itaq; textus cõcluſioni aſſentit Io. Picus
& Io. Picus. li. iii. ca. iiii. Vna (inquit) hæc celi dignitas & efficacia
erga mundũ inferiorẽ: vt ꝑ illius agitatũ infatigabili/ cæteri motus
oẽs & ordinenẽ & excitenẽ. ¶ Altera illi de luce prærogatiua Nam Prærogati
quando lux ſumma qualitas corporum. corporeæ vero naturæ pri- ua.
mus vitæ gradus/& ſumma ſemper ordinis infimi extrema fere ſu
perioris ordinis aſſequunẽ: fit neceſſario/ vt lux/ & conſumatricem
quandã habeat corporũ virtutẽ/& vitale nõnihil interim poſſideat:
non ꝙ ipſa aut viuat/ aut vitã afferat: ſed corpus vitæ capax/ad vitã
maxime præparat & diſponit. ¶ Quoniam ſequiẽ lucẽ/quaſi pro- Calor cœ-
prietas eius/calor quidam/non igneus/ nõ aereus/ſed cœleſtis: ſicuti leſtis
lux cœli ꝓpria qualitas: Calor inquã efficaciſſimus/ maximeq; ſa
lutaris/ omnia penetrans/omnia fouens/omnia moderans. Hoc eſt Virtus il
cœli munus præcipuũ/quo corpora ꝑficiunẽ/& viuẽtia diſponunẽ lius calo
ad vitam. ¶ Huius beneficẽtiſſimi vim caloris. in toto corruptibili ris
mũdo peruidemus/ tam inchoatis quã abſolutis/ tam inanimis quã
animatis. Nam elemẽta quidẽ cõtinet & cõſeruat/ ſicuti locus eorũ
& forma/ quaſiq; artifex/omnia quidẽ ambiẽs/ ſed ꝑ omnia quoq;
intime ſe diffundẽs. ¶ Et quẽadmodũ illud primi motus priuilegiũ
vt torpeãt ſine eo reliq motus: Ita primæ ſenſibilis qualitatis/vt ſine
illa cæteræ q̃litates agere nihil poſſint. Quare ſi cœleſti calore deſti-
tuanẽ. nec frigiditatẽ agere frigus poterit/nec calor caliditatem.
¶ Nõ enim calor ille ſydereus/frigori cõtrarius/ ſicuti calor igneus
vel aereus/ſed omnes cõtinet elemẽtares q̃litates/ eminẽtia ſimplici:

ſicuti celi natura continet omne corpus/ſicuti motus circularis oēs motus/ſicuti lux omnes calores. Quas quidem qualitates ita regit/vt & quālibet ipſimet vniat/cōſeruando: & in ipſis totū cōſeruet mo derando/& ex ipſis alia pariat/omnes cōmiſcēdo. ¶ Idem ille calor filius lucis/ſuſcitans e terrenis corporibus/vaporoſos halitus, exte nuans craſſa/ feculentaq; diſſoluens/parit ea. quæ fiūt in ſublimi/di uerſa/p diuerſitate materiæ/quæ ſurſum tollit. Hæc Picus.

Hugo theologus. de Ignea vi Solis.

¶ Concordat & Hugo Theologus/ſuper illo Eccleſiaſtes primo: Luſtrās vniuerſa in circuitu pgit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertit. Spiritum hic(inquit Hugo)accipere poſſumus Igneam vim/quæ ab ipſo ſole pcedēs/p cuncta ſe diffundit/ & vniuerſa inuiſibiliter pe netrans/ vegetat & mouet: vnicuiq; ſcd'm naturæ ſuæ capacitatem ppriam qualitatem diſtribuit. Pergit & reuertit: quia vniuerſa quæ oriunt in tpe: prius per incrementū prouehit/ac deinde ſeneſcentia/ In originem ſuam reducit.

Pontanus poeta

¶ Eidem ſententiæ alludit & Pontanus poeta quidē/vt recens æuo. Ita eruditus ingenio/eleganſq; carmine

His parēt naſcentū animæ/ legeſq; ſequunt.
Quas dederint elemēta/ſuos retinētia nexus:
Ipſa autem cœli motus/ac ſigna tuentur
Imperiiſq; aſſunt ſtellarum/ & iuſſa capeſſunt.

Sed ignoſcat quæſo prolixitati/de tam notabili philoſophi dicto oēm ſcilicet virtutē mūdi inferioris coelitus gubernari. Theologorū ventilationes hic reticeantur/ pprioq; reſeruent loco/ne tyrunculis faſtidiū generēt.


Amotio Cauilli.

¶ Nihil eni in his philoſophi verbis libertas arbi trii periclitat. Nam ad elemēta duntaxat pertinet/qd' dicit: Authore Io. Pico. Mundū enim ibi cū dicit. Elementaria corpora/ſpaciū hoc replentia ſublunare/mundū vocat: nō cum elemētis ipſa quoq;/ quæ mundū iſtum inhabitant.

D

Quantitas terræ & aſtrorum

¶ Terra eſt minor ſole: quia ſoli aſtriſq; fixis interpoſita/non impedit omnes ſolis radios/ quibus aſtra illu minant. Eſt tamē maior q̄ luna: quia Eclypſis lunæ fit per vmbram terræ/ quæ ad globū vſq; lunæ aſcendit/corpuſq; lunare complectit. ¶ Eſt autē multis aſtris terra minor: Authore quoq; Io. Pico. li. iii. ca. x. Traduntur enim maximæ herentes ſtellæ/terræ molem/centies ſeptieſq; cōtinere. At Iuppiter Nonageſies quinquies: Saturnus no nageſies tantum & ſemel. Mars longe magis corpore decreſcit/q̄ ſitu ppinquat. Nam pportionē habet ad terrā/ ſexqui altera paulo maiorem: vt vnus ſol/centū fere Martes includat. Eſt enim ſol terra maior Centies ſexageſies ſexies. Totius autem mundi complexus/ orbiumq; ſeries ex ſubiecta dinoſcitur figura.



❡Spacium inter cœlum & terram/nõ ſolum eſt ignis/quia conuerteret terram in ſui naturam. Nec ſolum eſt aer: quia non ſeruaret̃ elementorũ in quantitate proporcio. Vulgatũ eſt enim: ex vno pugillo terræ/decem fieri pugillos aquæ. Rurſus ex vno pugillo aquæ/ decẽ aeris: & ex vno aeris/decẽ ignis. Sicq̧ euenit/aquã totam/tota terra in decuplo maiorẽ eſſe. Aerem in centuplo. Ignẽ vero i millecuplo
❡Nec tamen ab aliis terra corrumpit̃ elementis. quãuis ſint maiora

Spaciũ inter cœlũ & terram.

quia ei maior eſt reſiſtentia. Eo ꝙ virtus vnita & cõpacta fortior eſt
quã diſperſa. Denſitas igit̃ terræ/aliorũ raritati facile reſiſtit/ne tota
Celum igneæ eſſe naturæ
tranſmutet̃. ¶ Plurimi tamen/tum philoſophorũ/tum poetarum/
aſſerunt: celum igneæ eſſe naturæ: Aſtra proinde ignes eſſe æternos/
magiſq; cõpactos/q terreno humore paſcant̃. Hinc inter cælum &
terram/ſolum aerem medium locant. Nam maria receptat in ſe terra
Aer inter cælum & terram.
Ignis vero celi iam eſt. ¶ Seneca li. ii. Naturalium queſtionũ. Aer
mundi pars eſt/ & quidẽ neceſſaria. Hic eſt enim/qui celum terrãq;
cõnectit: Qui ima ac ſumma ſic ſeparat/vt tamẽ iungat: Separat/qa
medius interuenit. Coniungit/quia vtriq; per hunc inter ſe cõſenſus
eſt. Supra ſe dat/quicquid accepit a terris: Rurſus vim ſyderũ in ter
rena tranſfundit. ¶ Terra quoq; pars eſt mundi. æque atq; cælum:
quia non magis ſine hoc/quã ſine illa/vniuerſum eſſe poteſt. ¶ Eſt
Ex terra aluntur omnia.
& materia: Ex ea enim alimenta animalibus omnibus/ ſatis/ omni
buſq; ſtellis diuidunt̃: Hinc/quicquid eſt virium ſingulis. Hinc/ipſi
mundo/tam multa poſcenti/ſubminiſtrant̃. Hinc profert̃/quo ſuſti
neantur tot ſydera/tam exercitata/auida per diem noctemq;/vt in
opere/ita & in paſtu: & omniũ quidem rerũ natura/quantũ in nutri
mentũ ſui ſatis ſit/apprehendit. Hec Seneca: Ei cõcordãt Plinius &
Macrobius. & pleriq; alii. Hinc almam vocant poetæ Tellurem. ꝙ
Reprobatio huius opiniõis
omnia alit. ¶ At huic opinioni contrarii ſunt omnes Peripatetici
Proinde hic non eſt ſuſcipienda/ꝙ textui cõtrariet̃/ & veritati: quo
niam ſtellæ alimento non egent/nec ſunt corpora corruptibilia/nec
poſſet humor celos penetrare. Eo ꝙ celum indiuiſibile eſt/ igitur &
impenetrabile.

TERTII CAP. NOTE.

¶ Syncerus/purus.

TErtium cap. continet tres queſtiones & eaꝝ
ſolutiones. ¶ Prima queſtio. Quomõ ignis
& aer ad cœlum ordinent̃. ¶ Secũda. quare
a ſuperioribus aſtris in vicinia terræ fit calor: & quidẽ
valentior q̃ȝ in viciniore/& aeris media regione.
¶ Tercia. Cũm ex aere fit aqua/ꝓpter quid in ſumma
aeris regiõe nõ fiãt nubes/cũ remotior a terra exiſtat/
vbi vis illa reuerberata radiorum ſolis attingere ne

queat:& vim caloris imprimere.quare videaẽ eſſe frigidior/& nubes generari videanẽ:vbi deſinit reflecti atq; reuerberari ſolis radius. videẽ igiẽ a fortiore ibi debere generari: aut non ex omni aere poteſt fieri aqua. ❡ Primæ ſolutio. Quia ignis purior/ ſuperior exiſtit: ſynceriorẽ locũ cœlum lunæ attingens. & aer minus ſyncerus inferior:ignem puriorem attingit. ❡ Secundæ ſolutio. ꝗ cæleſtia corpora medio circum feranẽ:illo motu ſua aſtra mũdo inferiori applicata: caliditatem imprimũt:& cauſant. Nam tota materia quæ illis ſubeſt corporibus:potẽtia calida eſt/frigida humida & ſicca. ❡ Et aer trifidus eſt: treſq; poſſidẽs regiões:hãc ſupremã/illã infimã: & terciã his duab9 ſupremæ & infimæ mediam. ❡ Suprema eſt illa quæ (quia cõtineẽ ab igne/& ei cõtermina exiſtit) vim caloris ab ignis vicinia cõcipit. ❡ Infima vero reuerberatos a terra & ſolidis corporibus atq; duris / ſolis radios ſentit. ❡ Media vero exiſtit vbi a parte ſuperiori vis illa ignea calorem ſuum imprimere deſinit: & ex parte inferiori vbi radiorũ reuerberata virtus deficit. ❡ Suprema ſemp calet/ſubtilis/& pura/& ignis naturam imitans.nõ tamẽ eſt ignis & ardor: & cum igne/ motu cœli circũferẽ/agitaturq; circulo. ❡ Infima itidẽ calet.tum propter vapores & exhalatiões quas in ſe receptat omnes. Eſt enim vapor calidus & humidus. & potẽtia aqua:vt halitus aquæ. & exhalatio/calida & ſicca vt potentia ignis.quẽadmodũ ea quæ a terreis & ſiccis vt ſulphure expirant: & leuitatis naturã participantia/locũ in aere querũt. Tum quia (qui a ſolidioribus reuerberanẽ corporibus) in ſe radios recipit du-

Ignis ſupra aerẽ eſt. E

Aſtra motu calefaciunt.

Aeris tres regiões F.

Suprema ſemper calida

Infima quoq; calida propter duas cãs.

plicatos:& quibus vis calefaciendi maior ineſt. quia replicati. Reflectunt̃ enim a ſolidis corporib9:vt quæ eorũ vim longius in rectũ ſe diffundẽdi ſuperẽt. præ pedimẽtoq; ſint: colligiturq; in vnũ virtus. quare fortior:& ſe reflectẽdo multiplicat̃.

Media ſp frigida

¶ Et media eſt ſemp frigida & denſa magis: quæ predictis(vt incaleſcat) caret occaſionibus.

In ſuprema nõ cõſiſtũt nubes

¶ Tertiæ. Nubes nõ ſolũ ex aere generant̃:ſed ex vapore eleuato. qui in cõtactu frigidiuſculæ mediæ regionis denſatus: in nubem aptat̃. vt plærũq; ſtillet pluuia Nam frigidi eſt condenſare: cõdenſatũq; ad grauiorũ naturã preparare. Secũdo. quia ſupremæ aereæ regionis aer: calidus. ſiccus. & rarus eſt. ignis naturã imitans: in quo nõ poſſunt cõſiſtere nubes Diſgregat enĩ calidũ. & diſſipat. Tercio quia circulari motu agitat̃. Vnde fit vt cõgregari nõ poſſet. atq; in aquã couerti: ꝓhibente motu. Quarto quia vẽti nõ vident̃ altiſſimos mõtes tranſcẽdere:ſed circa loca terræ ſtagnare. igit̃ & minus nubes. Nam nubes fit ex vapore humido & calido:exhalatiõe (ex qua procreat̃ ventus)grauiore.

Sol & aſtra motu calefaciũt, ſed non calefiunt.

¶ Et quãuis ſolem & aſtra calefacere diximus: nõ tamen debemus exiſtimare ea eſſe calefacta. Nam calefaciũt hæc: quæ dũ ferunt̃. mediũ fortiter diuidunt & ſecundũ rectũ: ita vt aliquãdo lata ignita atq; liquefacta ſoluant̃. Non autẽ ita de ſole exiſtit. & cæteris aſtris. Et ſol maxime calefactiuus eſt:& velocius inferioribus vt luna. ĩ ſuo orbe fert̃. Et ꝙ ſol adhuc nõ ſit calidus. indiciũ eſt:ꝙ appareat albus. & non igneus.

Ignis elementaris

¶ In tercio capite philoſophus agit de aere/quia locus eſt impreſſionum Meteorologicarum. Tangit & ꝓprietatẽ ac ſitũ ignis elementaris: Qui vtiq; ſupremũ iter elemẽta locũ nactus eſt. Nec ab re qdẽ

tum quia leuis eſt ſimpliciter/ideo magis ſurſum: tum quia ignis cæteris preſtat elemẽtis/ ideo dignior ei debetur locus: merito igitur approximať cœlo. Complexus itaq̃ in cõcauo orbis Lunæ/circulariter cũ æthereis orbibus moueť: Purus quidẽ illic ac perſpicuus: Aere rarior. Cœlo tamen impurior. Aetheriſq̃ tanquã feci cõiungiť: fit autẽ tãto impurior/quãto magis ab Aethere ad aera deſcẽdit. ¶ At orbẽ lunæ/quẽ attingit/nec calefacit/nec vrit: quoniã cœlũ incorruptibilẽ eſt/ peregrinarũq̃ impreſſionũ minime ſuſceptiuũ. ¶ Sed nec aerẽ infra ſe cõburit: quoniam rarus eſt: Aer vero craſſior/ad reſiſtendum ꝓinde validior. ¶ Etenim calor ignis elementaris ita vehemens nõ eſt/ſicut calor ignis noſtri/qui ob materiæ cõpactam ſpiſſitudinem feruentiſſimus eſt. Quẽadmodũ & glacies ſimplici aqua frigidior eſt/ꝓpter virtutẽ denſitate vnitã. ¶ Nec lucet ignis in ꝓpria ſphæra (vt ꝓbat Albertus ex Auicẽna) qa ſi luceret/occultaret nobis omne corpus qd' eſt poſt ipſum ſicut facit omne qd' lucet. Ideo tres ſpecies ignis/flamma/lux/ carbo/non ſunt ignis elemẽtaris/ſed eius q extra ſuum locum hic apud nos eſt.

E

Ignis noſter calidior

¶ De Natura Aeris / eiuſq̃ intenſione / ac triplici regione/ per pulcre determinat Seneca libro ſecũdo. Aerem (inquit) quidam ex diſtantibus corpuſculis/vt puluerẽ/ferunt: Plurimũq̃ a vero recedunt. Aer enim ſi in Athomos diuidereť/ſparſus eſſet/nõ intenderet corpora/nõ teneret diſiecta. ¶ Intenſionẽ autẽ aeris oſtendunt tibi inflata/nec ad ictum cedentia: Oſtendũt põdera/ꝑ magnũ ſpacium ablata/geſtante vento: Oſtendunt voces/quæ remiſſæ claræq̃ ſunt/ ꝓut aer ſe cõcitauit. Quid enim eſt vox/niſi intẽſio aeris/vt audiať/ linguæ formata percuſſu? Quid curſus & motus oĩs? Nonne intẽti ſpiritus opera ſunt. ¶ Hic facit vim & velocitatẽ neruis currentibus Hic cũ vehemẽter cõcitatus/ipſe ſe torſit/arbuſta ſyluaſq̃ cõuoluit/ & ædificia tota corripiens in altũ/frãgit. Hic mare ꝑ ſe languidũ & iacens incitat. Hunc intẽdi quis negabit/cum viderit iactari terrã cũ mõtibus/tecta muroſq̃ plures, & magnas cũ populis vrbes/cũ totis maria littoribus? ¶ Oſtendit intenſionẽ ſpiritus/ velocitas eius & diductio: Oculus ſtatim ꝑ multa milia aciem ſuã intẽdit: Vox vna totas vrbes ſimul ꝑcutit: Lumẽ nõ paulatim prorepit/ ſed ſimul vniuerſis infundiť rebus. Quid nauigia ſarcina depreſſa parũ oſtendũt nõ aquã ſibi reſiſtere/quo minus mergant/ſed ſpiritũ? Aqua enim cederet/ nec poſſet põdera ſuſtinere/ niſi ipſa ſuſtinereť. Hæc ille/ de vi ac intẽſione aeris. ¶ Cæterũ de triplici eius regione ſic concordat philoſopho. Sed ꝑ omne (inquit) ſpaciũ ſui ſimilis nõ eſt: mutatur

Seneca de Aere

Intẽſio & vis aeris.

Velocitas aeris

Tres ꝑtes ſeu regiones aeris.

enim a proximis. ¶ Summa pars eius eſt ficciſſima/calidiſſimaq̨/&
ob hoc etiam pertenuiſſima/ꝓpter viciniā æternorū igniū / & illos
tot motus ſyderū / aſſiduūq̨ celi circūactū. ¶ Illa pars ima & vicina
terris/denſa & caliginoſa eſt/quia terrenas exhalationes receptat.
¶ Media pars tēperatior/ſi ſummis imiſq̨ conferas/quantū ad ſynce
ritatē tenuitatēq̨ ꝑtinet. Ceterū vtraq̨ parte frigidior. Nā ſuperiora
eius/calorem vicinorū ſyderū ſentiūt. ¶ Inferiora quoq̨ tepent: Pri
mū terrarū halitu/qui multū ſecum calidi affert. ¶ Deinde qa radii
ſolis replicanť/& quouſq̨ redire potuerūt/reduplicato calore beni
gnius fouēt. ¶ Deinde etiā illo ſpiritu/qui omnibus animalibus/ar
buſtiſq̨ ac ſatis/calidus eſt: Nihil enim viueret ſine calore.

Inferiora tepent ꝓpter q̄ttuor

¶ Adice nūc ignes/nō tantū manufactos & certos/ſed opertos ter
ris/quorū aliqui eruperūt. Innumerabiles in abſcōdito flagrant.
¶ Media ergo pars aeris/ab his ſubmota/in frigore ſuo manet: Na
tura enim aeris frigida eſt. Hæc Seneca li.ii. ¶ At li.iiii.aliā adhuc
rationē affert ex Democrito de Calore infimæ partis. Omne (inqt)
corpus/quo ſolidius eſt/hoc calorem citius cōcipit/& diutius ſeruat
Itaq̨ ſi in ſolem poſueris Aeneū vas/& vitreū/& argenteū: Aeneo
citius calor accedit/diutius herebit. At omnis aer/quo propior eſt
terris/hoc craſſior: Quēadmodū & in aqua/& in omni humore fex
ima eſt: Ita in aere ſpiſſiſſima quæq̨ deſcendūt. ſed æditior aer/quo
lōgius a terrarꝫ colluuie receſſit hoc ſyncerior puriorq̨ eſt: Itaq̨ ſolē
nō retinet/ſed velut ꝑ inane trāſmittit. Ideo minus calefit. Pōtanus
inſuꝑ poeta has tres partes aeris ſic expreſſit.

Aer iferior craſſior eſt

Pontanus

Et quoniam tres in partes diſtinguitur aer
Prima æque patiens eſt frigoris atq̨ caloris
Vere tepens/ æſtate calens/eadem horrida bruma.
Proxima ab inflexu radiorum amota/malignum
Frigus/& algentem late complexa rigorem.
Vltima torrenti ſemper ſitit vſta calore
Flammarū conſueta vagos inuoluere tortus.

¶ Cum igiť ſuprema pars rarior ob calorē ſit/ mobilior quoq̨ eſt:
couertiť ꝓinde cum igne ſimul & Aethere circulariter. Media vero
ob frigoris rigorē/& infima/ob vaporū ꝑmixtionē/craſſiores ſunt/
Ideo & mobiles minus: Quare cū æthere non circūgyranť.

Suprema circūgyrať

Queſtio

¶ Sed reſtat queſtio. ſi aer naturaliter eſt calidus & humidus/vt do
cet Ariſto.ii.de generatione/q̄re media eius pars ſemꝑ frigore riget/
cum nullū violentū ſit ꝑpetuū? ¶ Reſponderi pōt/ex Quintuplici
cauſa. ¶ Prima/ob diſtātiā: directe ab igne/corporibuſq̨ celeſtibus

Reſpōſio

calefieri neqt. ¶Scd'a.reflexio radiorũ a terra ad ipſam nõ ptingit.
¶Tertia Antiperiſthaſis frigus eius fortificat/qd' ſuperne inferneq;
calore circũſiſtit/virtutẽ itaq; colligit/ſeſe vniẽdo. ¶Quarta.influẽ
tia ſyderũ frigidorũ/ibi per extrinſecũ calorẽ nõ impedit ¶Quinta
eſt Alberti. Qꝛ frigiditas vaporũ illuc aſcendentiũ/eam partẽ infri
gidet. Nam vapores aquei ſunt:aqua autẽ frigida naturaliter. Ideo Reprobatio/v.ratio
vapores calore pulſo/naturæ ſuæ relicti/frigidi ſunt. ¶Verũ enim num
uero nulla rationũ quæſito ſatiſfacere videt. Nam ſi aer naturaliter
eſt calidus/non frigefieret/ob primã & ſecundã ratiões/quæ ſolum
dicunt cauſam caloris priuatiuã. Tertia quoq; præſupponit frigus
ei ineſſe. Quarta parũ efficax eſt/tum ꝙ aer corpus eſt rarũ. Influen
tiam igitur directe/nõ fortiter recipit ſicut nec calorem ſolis:tum qa
aſtra lumine & motu influentiã faciũt. At nec lumen/nec motus fri
gefaciũt. ¶Quinta deniq; ratio (venia tanti viri dixerim) & experi
mento & textui cõtrariat: Ait enim philoſophus. Vaporẽ calidum
ſuſtolli ad eam vſq; partem/ibiq; frigiditate loci cogi in nubes.
Adde ꝙ infimã partem calidam dicat/ꝓpter vaporum receptionẽ.
Videmus item iuga mõtium ꝑpetua niue obduci/ꝑ ſæpeq; illic nin
gere/quãdo in valle planove cãpo pluit. Non ob aliã ſane cauſam
niſi ꝙ iuga mõtiũ mediæ aeris parti cõtigua ſunt. Adde ꝙ tempore
quoq; ſereno ea pars frigeat/quando nulli inſunt vapores. ¶Quid
ergo dicendũ? Neſcio equidem. Niſi cum Seneca dicat/naturã aeris
eſſe frigidã. Vti oſtendũt/ſufflatio/reſpiratio/frigus noctis & ſeptẽ
trionis. At nihil temere contra philoſophum aſſerere auſim.

¶Motus celi/calefactiuus eſt per ſe: Quia eſt primus motuũ/ergo Motus ca
aliorum cauſa. Calefactio autẽ eſt præcipua alterationũ/eo ꝙ calor lefactiuus
eſt prima qualitas elementorũ/cæteris pfectior ac magis actiua: Igit eſt G
potiſſime cauſatur a motu celi. ¶Sed & alii motus locales calefa
ctiui ſunt. Qd' multis ſane conſtat experimẽtis. ¶Primo plumbũ Quinq; ex
ſagittæ velociter emiſſæ liqueſcit Ouidius perimenta

Cum Balearica plumbum
Funda iacit/volat illud/& incandeſcit eundo.
Et quos nõ habuit/ſub nubibus inuenit ignes.

¶Secũdo ex motu ſilicis cõtra ferrũ/cõcipit ignis. ¶Tercio fabri
ſufflant/ꝓpter ignem fortificandũ. ¶Quarto Currẽtes & Agoni
ſantes vehemẽter incaleſcũt. ¶Quinto ligna fortiter fricta calefiũt
Sic quoq; ſuprema aeris regio/cũ igne celorũq; orbibus voluta/in:
caluit. ¶At vero ſol & ſtellæ/nõ ſic ex motu calefiunt Tum: ꝙ ca Sol motu
lorem recipere nõ poſſunt/Tum ꝙ mediũ nõ diuidũt ſicut mobilia nõ calefit
noſtra/ſed ſemꝑ in eodẽ ſui orbis ſitu fixa ſydera cuncta manẽt.

QVARTI CAP. NOTE.

¶Aex Aegis/capra. ¶Dalus/torris. ¶Interdiu/in die

H
QVartũ cap. cõtinet cauſas flãmarũ in ſũmo aere apparẽtiũ. earũ generatiões. & quãdo & vbi generent̃. ¶ Flãmarũ cauſæ. Cauſa efficiens eſt cœlum: & materia eſt exhalatio calida & ſicca. ¶ Earum generatio. Terra a ſole calefacta duplicem emittit ſpirationẽ. Vnam calidam & ſiccam/& hæc exhalatio dicit̃. alterã calidã & humidam/& hæc dicit̃ vapor. Et exhalatio quidẽ nata eſt ſupereminere quia leuior: vapor autẽ humidus ſubſidere: quia grauior. ¶ Et quia (vt diximus) ignis/cœlo cõuius eſt & cõterminus: & pars aeris ſuprema/conuia igni & in igne locata: quãdo illic exhalatio ptingit/ inflammat̃ facile/ paranturq; incẽdia. quẽadmodũ fumum apud nos inflammari videmus facile. Eſt enim flãma/ ſicci ſpiritus ardor. ¶ Et differũt hæ flammæ & hæc incendia multitudine/paucitate/poſitione/& figura. Nam cũ inflãmatio lata eſt/& diſcõtinua/& longa: dicit̃ ſtipulæ ardentes/& figurã illam imitat̃. Et quando per globos accendit̃ & ſcintillat: Aeges & capræ. quãdo nõ ſcintillat: eſt dalus. ¶ Et quæ accendit̃ ſcd'm longũ & latũ/& trãſcurrit ſuo tractu aera poſt ſignãs: ſydus repentinũ & volans nuncupat̃. Et hæc aliquãdo in ſuprema aeris parte fiunt: vt cũ materia calidior/ſiccior & rarior & magis ardoris naturã imitata fuerit. & aliquãdo i infima: vt quãdo denſior fuerit & humidior. Hinc fit/vt ſyderũ volantiũ motus/proiectioni ſimilis eſſe videat̃. Nam aliquãdo obuiant frigido a ſumma

Duplex halitus terræ

I

Impreſſiones ignitæ generant̃ i ſuprema regiõe aeris.

Stellæ cadẽtes K

parte:a quo repellunt᷑.quæ ſi debiliter:latera ſequūt᷑ ſi valide/vt detrudi in imū valeāt:deorſum eiaculata ferunt᷑.aliquādo in mare.aliquādo in terrā decidētia. denſum enim: deorſum reuerberare natū eſt. Et hac de cauſa deiiciunt᷑ fulmina.Si frigidum ex ima parte relinquūt:ſurſum emicant & natura quidē/vi aūt atq̧ iniuria deorſum.Ad latus autē plærūq̧:quia ſit hoꝝ mediū/quo motu ſurſum vt euolent exitum quærunt.

L Interdum magna pˢ aeris ſubito exardeſcit

¶ Sed quæres/quomodo aliquādo magna pars aeris mira celeritate videat᷑ incendia cōcipere. ¶ Dicimus ſicut ſuppoſito facile inflāmabili lucernæ vt puluere ſulphureo:cum lucernā incēdis totū tibi ſubito accēdi videt᷑:ita & multa incēdio parata in aere exhalatiōe leui occaſiōe accenſa: videt᷑ aer ſubito/ repētenq̧ exardeſcere. ¶ Et vniuerſaliter hæ flammæ & hæc incēdia (quæ epicaumata vocāt) a ſimilitudine figuræ quam imitant᷑ nomina ſummūt. vt candelæ/trabes (quas docidas dicūt) colūnæ/lāceæ teretes/clypei/globi/faces/ ignitæ pyramides:præterea Xiphie/Hippei/Ceratie Bolides (quas dicere poſſumꝰ gladios/equinas iubas cornua/& iacula ignita) & cōſimilibus appellent᷑ nominibus. ¶ Quādo & vbi fiunt. ¶ Et apparent tpe ſereno de nocte/& aliquādo interdiu.& oēs fiunt ſub globo lunæ:cuiꝰ hoc indiciū eſt. Nam cita velocitate moueri pcipiunt᷑:queādmodū ea quæ proiicimus: & pretergredi ſolem/lunam & aſtra:hoc autem eſt.quia prope ſint.

Heæ ipreſſiones a figura nominantur

¶ Expreſſis cauſa & loco impreſſionū in genere/conuertit ſe nunc philoſophus ad particularē earundē determinationē. Primū quidē ignitarū/ꝙ eæ magis fiāt in ſublimi ¶ Explicat in hoc Capite/earū generationē/locumq̧ ac diuerſitatē/præcipue in figura.

H

Triplex cā ipreſſionū Materialis — ¶ Cauſæ autē impreſſionū ignitarū duplices ſunt. Remotæ ſcilicet & ,ppinquæ. ¶ Materia quidē Remota Corpus ſiccū & terreſtre/ habēs aliquid de humido aereo pingui/vt facile inflammari poſſit: Propinqua vero/eſt Exhalatio calida & ſicca/ ignis naturā imitata.

Efficiens — ¶ Efficiens item remotū eſt/ Sol materiam eleuans. Propinquum: Calor aeris inflāmans/Aut frigus circūſtās/ quod p antiperiſthaſim fortificat calorem materiæ inflammandæ. Seu motus etiā & ventus

Finalis — Igneſcit enim ea materia ſæpe ex motu. ¶ Finis inſup propinquus/ eſt generatio ignis: Remotus vero/ſalus animātiū: Nam venenoſæ ſunt plærūq; huiuſmodi exhalationes: Confert igiť/eas tolli/ſubla-

Rō diuerſitatis flāmarū — taſq; cōburi. ¶ Materia itaq; flammarū eſt fumus calidus & ſiccus/ flamma enim eſt fumus ardēs. Aut igiť talis materia eſt ſubtilis/ aut globata. Si ſubtilis. Aut æqualiter/aut inæqualiter Si æqualiter/ aut

Stipulæ. — eſt cōtinua/aut ſparſa. ¶ Si ſparſa quidē apparebūt ſtipulæ ardētes ¶ Si cōtinua. In vna quidē parte incenſa/ in alia vero non/ videbiť

Candela — candela ardens. ¶ Diſtracta autē in vna parte magis q̃ in alia/ erit

Dalus. — torris vel dalus. ¶ At ſi inæqualiter diſpoſita fuerit. Aut plus habet

Pyramis — de groſſo q̃ ſubtili/fiet pyramis. ¶ Aut æqualiter de vtroq;/appare-


Lancea — bit lancea. ¶ Atuero ſi materia fuerit globata/vnuſq; poſt aliū inflā-

Capræ — metur globus/apparebūnt capræ ſaltātes. ¶ At ſi materiæ globatæ

Stellæ cadentes. — occurrat frigidū ſuperne/ ipſa nequiēs aſcendere/cōtranitēdo inflammatur/ac lateraliter moueť. Dicitur ,pinde ſydus volans. ¶ Q; ſi in

Draco volans — medio eleuetur ,ppter occurſum frigidi: Incuruata vero in anteriori parte/ incendatur conſpicieť Draco volans/tortuoſus quidē/ignēq;

Ignis fatūus — exuſflans. ¶ Atuero ſi in infima regiōe/talis materia/leuis fuerit & ſubtilis. Inſequitur fugientes/ atq; equitantes/præſertim dum prope fuerit. Mouetur enim ad motū aeris/ ob ſuam leuitatem. Diciť itaq; ignis fatuus. Hæc ex. S. Tho. Ad quorū cognitionē clariorem ſubiecta quoq; confert figura.



¶ Quoniam vero omnes huiuſmodi impreſſiones ignitæ. In eadē natura cōueniūt/licet figura/colore ac motu differāt/oēs tamē re ipſa eiuſdem ſunt ſpeciei eſſentialiter. Apparent aūt maxime/ ſub nocte ſerena. Quæ ſi in die quoq; fiant/nō vident̃ ob ſolis ſplendorē/ quem admodū nec ſtellæ interdiu viſunt̃/ob eandem itidem cauſam.

Sūt eiuſdē ſpeciei

¶ Quid eſt ſydus volans? Eſt exhalatio globata/ſurſum inflāmata lateraliterq; deiecta. Videt̃ itaq; tūc ſtella cadere. Nam hec impreſſio ſtans ſub aliqua ſtella/dū inflāmat̃/illius ſtellæ viſum nobis adimit ſuo ardore. ¶ Sed quare poſt lapſum impreſſionis/ prior ſtella non videt̃ denuo? ¶ Ideo ſane/Quia fumus exorit̃/quando ignis in humido aere extinguit̃/q ſtellam illam nobis obtegit. ¶ Adde ꝙ inter nos & ſtellam illā/craſſior intermediat aer/ q ſequebat̃ impreſſionē cadentē: Impedit itaq; certam prioris ſtellæ cognitionē. ¶ Præterea firmamentū interim in occaſum vergit/rapit itaq; ſtellam illam ſecū Quo fit/vt cum rurſus apparet/alia videat̃/ꝓpter loci mutationem.

Sydus volans K

Queſtio. Reſpōſio ꝑ tres rōes

¶ De hoc ſydere volante ſic ſcribit Seneca li. j. Videmus (inquit) ſtellarum longos a tergo albeſcere tractus: Hæ velut ſtellæ exiliūt & tranſuolant. videnturq; longū porrigere ignē/ꝓpter immenſam celeritatē: Cum acies noſtra/nō diſcernat tranſitū earū/ſed quantūcūq; incurrerūt. totū ignitū credat. Tanta eſt eni velocitas motus: vt ptes eius nō ſuſpiciant̃. ſed tantū ſumma pendant̃. Intelligimus magis/ qua pareat ſtella/q̄; q̄ exeat: Itaq; velut igne cōtinuo totū iter ſignat. Quia viſus noſtri tarditas. non ſubſequit̃ momēta currentis. Sed videt ſimul/& vnde exilierit/& quo peruenerit/ qđ in fulmine quoq; accidit. ¶ Quomō ergo proſilit? Attritu aeris ignis incenſus/vēto præceps impellit̃. Non ſemper tamē vēto attrituve fit: nōnunq̄; ex aliqua oportunitate aeris naſcit̃. Multa enim ſunt in ſublimi ſicca calida terrena. inter quæ orit̃. & pabulum ſuum ſubſequēs/ defluit. Ideoq; velociter rapit̃. ¶ Quæſito philoſophi idem Seneca eodem quoq; libro ſic aſtipulat̃: Inter hæc ponas/licet (& qđ frequenter in hiſtoriis legimus) cœlum ardere viſum eſt. Cuius nōnūq̄; tam ſublimis ardor eſt. vt inter ipſa ſydera videat̃: nōnunq̄; tam humilis/ vt ſpeciē longinqui incēdii præbeat. Sub Tyberio Cæſare/ Cohortes in auxilium Hoſtienſis Coloniæ cucurrerunt. tanq̄; cōflagrantis/ cū cœli ardor fuiſſet per magnam partem noctis parum lucidus craſſi fumidiq; ignis.

Seneca de velocitate eiuſdem

Quomō proſilit

Cœlū viſū ardere. L

¶ De figuræ diuerſitate harum impreſſionū ſic canit Pontanus in ſuo/quem verſibus cōpoſuit/Meteororum libro.

Siue igitur lato amplexu/ multumq́ꝫ coacta eſt
Materia/atq́ꝫ ingens ſeries/& longior ordo:
Seu contra/breuis/& tenuem ſortita vigorem
Quæ facies/quæ forma etiam/qualiſq́ꝫ figura/
Talis in aerio perlucet vertice flamma
Nunc iaculi in morem/validus qđ miſerit hoſtis/
Nunc quales ſplendent Lychni laquearibus aureis:
Nunc qualis tenues igneſcit ſtuppa per auras.
Nunc flectit ſeſe in ſpiras ſinuata Draconum.
Nunc micat/vt celeri fallantur lumina ſenſu.
Nunc cadere vt timeas ex ipſo ſydus Olympo/
Sæpe etiam torrem ambuſtum rutilante fauilla
Cernere erit/cœlumq; cauo ſe ſcindere hiatu.

QVINTI CAP. NOTE.

¶ Puniceus/igneus/croceus. ¶ Purpureus/roſeus/ſanguineus. ¶ Craſſior/denſior. ¶ Caligo/ exhalatio vt nubes ſuſpenſa. ¶ Cum hiatus vt vaſtum dolium extiterit: pithetes nuncupant. Eſt enim pithos/doliū.

Phātaſmata lumine colorantꝫ M

QVintum cap. continet cauſas phantaſmatū vt hiatuū/ voraginū/ & colorum. quomodo fiunt. ¶ Phantaſmatū & hiatuū/voraginū/ & colorum cauſæ ſunt eædem vt flammarū: ¶ Quomodo fiāt. ſicut in noctis ſerenitate exhalatio calida & ſicca (vt nuper dictum eſt) aliquādo ardet: & fiunt ſtipulæ/ Aeges dali/& cæteræ flammæ: ita aliquando ſolum lumine colorantur: & tunc fiunt phantaſmata. Aereæ enim exhalatiōes luminis refractiōe omnimodos colores oſtendunt/& maxime puniceum & purpureum: quia hi colores ex igneo & albo apparent pmixtis: ſicut oriētia ſydera mōſtrant. præſertim

÷ tranſparentia quia nō ... poſſita ...

cum eæ talia ſpecula ſint: quæ non imaginē ſed colorē ſuſcipiāt. Hinc colores in aere plærūq; repræſentanť diuerſi: nunc punicei/nunc purpurei: nūc clariores vt qui rariore caligine ſuſcipianť/ nūc ſubobſcuri vt qui craſſiore. Albū enim in nigro multas facit varietates/ vt flāma in fumo: ita lumen in caliginis nūc denſitate nunc raritate/colorum omnimodas diuerſitates. Et hi colores non ita in ſumma die apparēt: quia illos lumi nis abundantia impedit. nec in ſumma nocte: qa hos videri impedit noctis nigredo. Et nō multo tempore perdurāt: quia eorū materia euanida eſt/& cito ſegre gata diſparet. ¶ Sed hiatus apparet: quando lumen (interueniēte nigro) diſrumpiť. vt lumine ambiente: quædam media appareat ꝓfunditas/quam Batea di cunt. quæ cum fuerit magna & cōcreſcēs: voraginem: & Chaſma dicimus. & ſæpe ex talibus Dali excidere videntur.

Hiatus in aere. N

¶ De Phantaſmatibus pauca affert philoſophus/quia eiuſdē cū flā mis ſunt materiæ/varianť ſolū diuerſa luminis incidētia materiæq; raritate denſitateq;. ¶ Phantaſma igitur eſt exhalatio ſublata/ nō ardens ſed ſplendēs/aſtri fulgore irradiata. Cuius colorē repreſentat nō imaginē. At huiuſmodi color nō cauſatur ex ꝑmixtiōe quattuor qualitatū primarū/ſicut color in mixtis perfectis/ſed ſolum ex inci dentia luminis in caliginē. Fit autē caligo ex cōpacta exhalatione/ perinde atq; nubes ex vapore denſato.

Quid phā taſma

¶ Quādo igitur lumē ſolis/aut alterius aſtri in caliginē incidit: nō poteſt ſecundū directum ꝓcedere. ꝓpter caliginis opacitatē: Refrin gitur itaq;/in latus caliginis ſe diffundēs. atq; omnis generis colorū phantaſiā facit. Clarum quidē colorē/ ſi domineť lumen: Obſcurū vero/ſi caliginis opacitas præualeat. ¶ Præcipue tamē apparere ſo lent colores/croceus & rubeus. Croceus quidem multū participat lu minis/rubeus aliq̄nto minus In diei itaq; diluculo/noctiſq; crepuſcu

Phātaſma tū genera tio. M

lo/huiuſmodi phantaſmata crebrius fiunt. De quorum ſignificatu duo extant verſiculi. Vulgares quidē ac protriti

Nocte rubens cœlū/cras indicat eſſe ſerenum:
Si rubet in mane/tempus ſignat pluuiale.

Vnde coloris diuerſitas. ¶ Denſitas raritaſq́ nubis ī his coloribus magnū præbēt diſcrimē. Videmus enim & apud nos flammā/ in fumo rariore/ clarū reddere colorem: In denſiori vero/ obſcurum. Itidem fit & ſuperne. Nigrū inſuper/apparet magis diſtans. Album vero minus diſtare videtur/ quoniam fortius mouet viſum q̃ nigrum. Hinc pictores/nigrū efficiunt/qđ longius videri volunt: Quod autem propius/ album.

Seneca de coloribus. ¶ De iſta colorum varietate ſic loquitᷣ Seneca Li. ii. Colores (inqt) horum omnium plurimi ſunt: Quidam ruboris acerrimi: Quidam euanidæ ac leuis flammæ: Quidam candidæ lucis: Quidā micātis

Pontanus Quidam æqualiter & ſine eruptionibus/radiis fuluis. Et Pontanus item de nubium colore ſic iudicat.

Alba parum denſa eſt/raroq́ immixta vapore/
Quam ſol irrumpit radiis/& ad intima tranat:
Nigra grauem traxit denſa caligine fumum:
Puniceam multus ſubiit calor: occupat humor
Ceruleam/ grauidamq́ himbri/longeq́ madentem.

Quō generat hiatus. ¶ Quomō autē fit hiatus/vaſtaq́ in nube vorago? Hoc ſane modo Quando lumen aſtri extrema caliginis latera irradiat/ compactam

N introrſum/ambit materiā/eamq́ penetrare nequit/ manet ipſa itaq́ obſcura/videtur, pinde/longius introrſum ſecedere. Hinc apparet in modū feneſtræ aut vaſti dolii hiatus/cœliq́ vorago: Ex qua interdū Dali emicant/eam ſane ob cauſam/ q̄ exhalatio reuerberata incenditur: flamma vero eius/nigro caliginis cōtrapoſita/fortiorem facit

Seneca de Hiatibus phantaſiam. ¶ De iis ſic ſcribit Seneca Li. j. Horū plura genera conſpiciuntur. Sunt enim/velut corona cingente/ introrſus ignes cœli.

Phiſiæ Receſſus eſt ſimilis/effoſſæ in orbem ſpeluncæ. Sunt Phiſiæ/ in magnitudinē vaſti/rotundiq́ ignis/dolio ſimilis: qui etiam fertur/ vel in vno loco flagrat. Sunt Chaſmata/cum aliqđ cœli ſpaciū deſidet. & flamma velut dehiſcens/in abdito oſtentat.

SEXTI CAPITIS NOTE

¶ Cometa & cometes idē. ¶ Errantes ſtellæ/planetæ.

Canis. ¶ Canis/cœleſtis imago quæ ī canis ſimilitudine pin

gitur/poſterioribus pedibus hyemali diuiſa circulo/.
capite occaſum ſpectans ad Aequinoctialem circulũ
declinãte:dextro pedi Orionis fere ſuppoſito.orit᷑ cũ
Cancro/in femore tres ſtellas habet. ¶ Canis/ canis
maior. ¶ Orion eſt cœleſtis imago quæ vt homo de Orion.
pingitnr enſe incinctus/dextra clauã tenens/occaſum
reſpiciens/ & cum Tauro decertans: quem Aequino
ctialis circulus Zona diuidit/orit᷑ oriente Sagittario.
¶ Zona/ Orionis balteus. ¶ Medius Tropicorũ lo
cus:Aequinoctialis circulus.¶ Quinq; ſtellæ:Mercu
rius/Venus/Mars/ Iuppiter/ Saturnus. ¶ Tropicus
hyemalis/circulus Capricorni:qui & bruma dicitur.

SExtum caput cõtinet tres de Cometa opinio
nes.earum reprobationes. primæ tribus ra
tionibus.ſecũdæ duabus & tertiæ quinq;
¶ Tres de Cometa opiniones. ¶ Prima eſt Plures ſimul ſtellas cometã facere.
Anaxagoræ & Democriti credentiũ cometam eſſe cõ
gregationẽ ſtellarum errantiũ. quæ quia prope ſunt/
lumẽ ſuũ alternatim refundant/& ad ſe dirigant/ ſeq;
tangere videant᷑.Cuiꝰ ſignũ eſt (inquit Democritus)
quia diſſoluto cometa apparuerunt ſtellæ quædam.
¶ Sed id non eſſe verũ oſtendimus.Primo.Quia nõ Id non eſt verũ ꝓpter tria
modo ſemel apparere debuiſſent ſtellæ plures diſſo
luto cometa:ſed ſemper.quod non videtur.¶ Secũdo O
Quia Aegyptii dicunt errãtes ſtellas adinuicem con
iunctum iri & aliis:& non facere cometã: Quod nup
nobis videntibus factum eſt.Ioue ſtellã in Geminis
ſubeunte/&(non facto cometa)ſe ſeparante.

¶ Tertio. Stellæ per ſeipſas paruæ & pene indiuiſibiles videntur. Si igit̃ coniungant̃ & tangant: nihilo minus maiores non videbunt̃. vt neq; ſi indiuiſibile tangat indiuiſibile. Non igitur ex ſtellarum cõuentu tam vaſtæ molis generatur cometes. ¶ Secunda opinio eſt vocatorum Pythagoricorũ dicentiũ cometam/ vnã eſſe ſtellarũ errantiũ/quæ diu latuerit ſub radiis ſolaribus: quæ modico exceſſu a ſole diſgredit̃. quod Mercurio accidit. Et ideo cometam viſibus humanis ſe præbere conſpiciendũ. ¶ Sed neq; id verũ quidẽ eſt. Primo. Quia non modo circa errãtes ſtellas apparent comæ: ſed & circa alias. Quod noſipſi vidimus circa vnam ſtellarum quæ ſunt in femore Canis. Nec ſolum Aegyptiis (qui idem aſſerunt) credimus. Et coma illa debilis fuit: & magis in partibus aſtro adiacentibus. ¶ Secũdo. quia ſi eſſet vna ſtellarũ errantium: ſemper appareret cometa ſub ſignifero circulo. Nam illic ſemper meant errantia ſydera: ſed omnes qui adhuc temporibus noſtris viſi ſunt: ſine occaſu ſuper horiſontem diſparuerũt conſumpti: extra ſigniferum ambitum exiſtentes. ¶ Et ſub Aſio principe apparuit vaſtus/horrenduſq; Cometes rigente hyeme/ & gelu/& ſerenitate: veſperi ante ſolem occumbens. Et ideo prima die parũ apparuit: poſtea magis. qui lumen ſuum ad tertiam cœli partem extendit: ideo nominatus eſt via. & aſcendit vſq; ad Zonam Orionis & illic cõſumptus diſparuit. Et hæ itidem rationes faciunt contra Democritum. ¶ Tertia opinio eſt Hyp

Vnum planetam eſſe cometam.

Id non ita eſt propter duo

Vaſtus Cometes P

pocratis Coi & Eſchylli eius diſcipuli/ ſuorũq; ſequa cium: dicentiũ corpus Cometæ ſtellam eſſe errantẽ: & comã accipere ꝓpter locũ humore a ſole ad ipſum eleuato/& lumine refracto. & a medio tropicorũ loco nõ attrahere aquã: quia conſumpta eſt a ſolis latione. ideoq; illic comã non gerere: & quando eſt in declinatione ad auſtrum. quia breuis eſt deciſio circuli ſuper terram relicta/& magna ſub terra. Et qñuis copiam aquæ habeat: viſus tamen non bene pertingit/ ideo illic non apparet. Cum vero ad boreã relictus fuerit: quia illic magna circuli deciſio ſuper terrã relicta eſt: accipit comam & apparet cometa. ❡Sed ꝙ nõ recte ſentiãt patet. Primo. quia omnis cometa ſub ſignifero circulo inciperet & deficeret. multi aũt extra circulum viſi ſunt: & plures vno ſimul facti ſunt. ❡Secũdo. ſi per refractionẽ humore eleuato appareret coma. deberet interdum comam relinquere/ & interdum eam reſumere. ❡Tertio. quia præter quinq; ſtellas nullus appareret vnq̃; Cometa. id autẽ falſum eſt. ſed viſus eſt: & quinq; præter ipſum ſuper horiſontem eleuatæ ſtellæ. ❡Quarto. Falſum eſt in medio Tropicorum loco & Auſtro non apparere cometã. Nam circa magnum terræ motum in Achaia (cum fluctus Burin & Elicen Achaiæ vrbes operuerũt) ortus eſt in Aequinoctio magnus Cometes tempore æſtiuo. Et iam multi facti ſunt ad auſtrum. Sub Athenienſiũ enim glorioſiſſimo principe Molone facta eſt comata ſtella circa Tropicos hyemales: & ſole illic exiſtente/ menſe Gamelione: quem octobrem dicimus. ❡Quinto. tantã

Q
Cometã ſtellã eſſe & accipe comã ab humore per refractionẽ.

Id nõ recte dicit ꝓpter. v.

R

refractionem aſtri eſſe: quanqnã comam viſi ſunt habere cometæ/impoſſibile eſt. Conſtat igitur omni ex parte Hyppocratis & Eſchylli determinationẽ non eſſe recipiendam.

¶ De Cometa duo ponit philoſophus Capitula: In vno reprobat tres aliorum opiniones. In altero propriam ponit ſentẽtiam

¶ Dicitur indifferenter Cometa & Cometes æ. generis maſculini (ſicut Planeta & planetes.) Crinitus latine. Luc. li. j. Crinemq́ timendi Syderis & terris minitantẽ regna Cometen.

Anaxagoras.

¶ Anaxagoras/Clazomenius fuit philoſophus: In phyſicis præcellens: Nam cum diuitiis ac generis gloria polleret/totum patrimonium ſuis ſponte reliquit/moxq́ abſcedens/ad ſpeculandum rerum naturas ſe cõtulit.

Democritus

¶ Democritus vero Abderites fuit philoſophus qui diuiſa ſubſtãtia. duobus fratribus. pegrinatus eſt in varias orbis terrarum partes. vt ſcientiam perciperet. Fertur Theologiã ac Aſtrologiã didiciſſe a Magis & Chaldæis. cum Gymnoſophiſtis quoq́ congreſſus eſt: In philoſophia adeo pfecit/vt Pentathlos ſeu Quinquercio id eſt/ Quinq́ certaminũ dici poſſet. Nanq́ naturalia/moralia/mathematica/liberales diſciplinas/ artiumq́ omniũ peritiam callebat. Fuit pater eius adeo diues. vt Xerxis exercitui epulũ hoſpitaliter dederit.

Duo philoſophorũ genera

¶ Vocati Pythagorici/philoſophi Italici Eteni duo (inquit Diogenes Laertius li. j.) fuere philoſophiæ principia. Vnũ quod ab Anaximãdro/alterũ qđ a Pythagora fluxit. Illud quidem Ionicũ appellatũ eſt/ꝙ Thales Anaximandri præceptor/ex Mileto Ioniæ oppido fuerit. Hoc vero Italicũ/ꝙ eius Author Pythagoras in Italia vt plurimũ philoſophatus ſit. ¶ Hæc ideo referunt ne quiſq́ credat (vt plærıq́ hiſtoriarum imperiti) Ariſtotelem contra deliros certamen iniiſſe. quibus nulla fuiſſet in philoſophia authoritas.

Septẽ planetæ

¶ Septem ſunt ſtellæ errantes. quas græci Planetas vocant Saturnus Iuppiter/Mars/Sol/Venus/Mercurius/Luna. Hoc verſu cõprehẽdũt.
Poſt ſim ſum ſequitur/vltima Luna ſubeſt

¶ Dicunt aũt errãtes/nõ ꝙ deuient. vt ouis errans. ſed ꝙ non ſemꝑ eundem ſeruent curſum. vti ſtellæ fixæ: Quãdoquidẽ omnia ſigna Zodiaci pertranſeunt: Aſcenduntq́ ac deſcendunt. tum ab Aequinoctiali. tum in ſuis Epicyclis

Aegyptii Aſtrologiæ piti.

¶ Aegyptii precipuam habuerunt aſtrorum peritiam: quoniam eorũ ſacerdotes. ſolũmodo rerũ cõtẽplationi erant dediti. Quapro=

pter Primo Meta. aſſerit philoſophus: Apud Aegyptios primum/ Mathematicas artes obortas eſſe. Quo circa nō eſt hic vilipendēda eorum authoritas/de Aſtrorum iudicio.

¶ Stellæ fixæ propter immenſam a nobis diſtantiam. paruæ vi- dentur & ſcintillantes. deficiente obtutu noſtro: Ideoq́ punctorū pene inſtar apparent. At punctum puncto additum/maius non cō- ſtituit. Sexto Phy. Duæ igitur aut tres ſtellæ coniunctæ/ tantū Co- metæ ſydus/conflare non ſufficerent. ¶ Cometes qui ſub Aſio Athenienſium principe apparuit. Extendit lumen ſuum/ad terciam cœli partē. Hoc eſt/ad centūviginti gradus. Nam totus ambitus tre- cētos ac ſexaginta gradus cōplectit̄. Proinde q̄rta eius pars facit No naginta. Tertia vero pars cōtinet Centūviginti. Zona aūt Orionis eſt circulus Aequinoctialis/qui ipſum in Zona ſeu cingulo diuidit ſiue ꝑtranſit. ¶ A medio tropicorū loco. id eſt ſub Aequinoctiali Non attrahere aquam. Hoc eſt/non eleuare vaporē: Quia cōſumpta eſt a Solis latione/id eſt /a motu ſolis/qui ſemper ſub Eclyptica ferē linea in Zodiaco. ¶ Sunt autem duo Tropici: Aeſtiuus quidem/ circulus Cancri: Hyemalis vero/circulus Capricorni. Tropos eſt cō- uerſio. Quia quando Sol ad Tropicum peruenit/conuertit iter & redit ad Aequinoctialem. Vltra Tropicos vero non ꝓcedit. Ideo di cuntur & termini viæ Solis. ¶ Inſuper dicit textus/& quando eſt in declinatione ad auſtrum/hoc eſt. In Tropico hyemali/qui nobis ad auſtrum ſeu meridiem eſt: Breuis eſt deciſio circuli/id eſt/parua porcio circuli quem tunc deſcribit Sol. Maximæ autem ſolis decli- nationes ſunt in vtroq; tropico.

Stellæ vt puncta

Cometes grandis

P

Q

Duo Tropici

¶ Sub ſignifero circulo. Hoc eſt/ſub Zodiaco/qui. xii. fert ſigna. quorum nomina/ſerieſq́/his verſiculis exprimuntur.

Sunt Aries/Taurus/Gemini: Cancer/Leo/Virgo:
Libraq́/ Scorpius. Arcitenens: Caper/Amphora Piſces.

Circulus Signifer

¶ Idem quoq́ circulus Obliquus dicitur. quia oblique interſecat Aequinoctialem. ¶ Horizon/circulus dirimēs hemiſphæriū ſupra nos/ ab Hemiſphærio/qd' ſub nobis latet. Latine dicit̄ Terminator viſus. Plænior horum circulorū intelligētia Ex ſphæra materiali cō quiri debet. ¶ Huic vrbiū euerſiōi/alludit Ouidius. xv. Metamor- phoſeos/in perſona Pythagoræ/his verſibus.

Si quæras Elicen & Burin/Achaidas vrbes:
Inuenias ſub aquis: & adhuc oſtendere nautæ
Inclinata ſolent/cum mœnibus oppida merſis.

Euerſio vrbiū.

R

Seneca de opinionibus dictis · *Reprobatio p Senecam tribus rationibus*

¶ Has antiquorũ opiniones recitat/reprobatq; Seneca quoq; li. vii. Quibuſdam (inquit) antiquorũ hæc ratio placuit. Cum ex ſtellis errantibus altera ſe alteri applicauerit/confuſo in vnũ duorũ lumine/longioris ſyderis facies reddiẽ: Interuallũ enim/qđ inter duas eſt/illuſtraẽ ab vtraq; & inflãmaẽ/ſicq; longus ignis efficiẽ. ¶ His reſpõdemus/certum eſſe numerũ ſtellarum mobiliũ: & ſolem in eodẽ tp̄e & has & Cometã apparere: Ex quo patet/nõ illorũ coitu cometen fieri/ſed ꝓprium ac ſui iuris eſſe. ¶ Item ſi Cometen ſtella/ſtellæ ſuperueniẽs/faceret/momẽto eſſe deſineret: ſumma enim velocitas tranſeuntium eſt: Ideo omnis ſyderis defectio breuis eſt: Quia cito illa idem curſus/qui admouerat/abſtrahit. Videmus etiã Solem & Lunã cũ obſcurari cæperint/in breui liberari. quãto celerior eſſe digreſſio debet in ſtellis/tanto minoribus. Atuero Cometæ aliquando ſenis menſibus manent. ¶ Præterea ſtellis intra ſigniferũ curſus eſt. Cometæ autẽ vbiq; cernunẽ: Nec magis certũ eſt tempus illis/quo appareant/q̃; locus vltra quem non exeant.

SEPTIMI CAP. NOTE

Cometes ſub Auguſto

¶ Pogon pogonos/barba. Hinc Pogonia: Cometes cui inferiore ex parte in ſpeciẽ barbæ: longe ꝓmittiẽ iuba. ¶ Eſt & viſus aliis ſæculis incognitus ſub Auguſto Cæſare candidus cometes/argenteo crine ita refulgens: vt refulgẽtiæ excellentia vix contueri liceret/ſpecieq; humana dei effigiẽ in ſe oſtendens: vt prodit C. Plinius. Sed qs nõ intelligit hoc domini prænũciũ fuiſſe aſtrũ/cũ voluit deus homo in terris videri: & cũ hominibus noſtrã ſortẽ miſeratꝰ cõuerſari. ¶ Eleuãtia exhalationes & vapores: ſol/planetæ/ & aſtra.

¶ Hypercauma. Epicauma/incẽdiũ ſurſum apparẽs

¶ Tropici/ termini viæ ſolis.

SEptimũ caput continet cauſas cometæ. eius generationẽ. eius diuerſitatẽ. Signa ꝙ ſit calidæ & ſiccæ naturæ. Cur non multi paſſim/ cur raro/ & cur frequẽtius extra Tropicos appareant. Et præter litterã Ariſtotelis. ſignificationes cometæ. ❡ Cometæ cauſæ. efficiẽs. ſol/ planetæ/ aſtra. Materia exhalatio calida & ſicca. ❡ Cometæ generatio. Cum eleuatur exhalationis calidæ & ſiccæ multitudo vſq; ad illã ſupremã aeris regionẽ in ignis cõfinio exiſtentem/ circulari motu agitatam: quæ quidẽ cõpacta ſit & denſa/ bene inflammabilis: ſic vt nõ multũ exurat/ neq; cito extinguat/ habeatq; ſubiectam diſpoſitam exhalationẽ aſcendentẽ/ vt aptum & cõueniens pabulum: tunc fit ſtella comata. Facile enim ꝓpter ignis viciniam & loci ſui diſpoſitionẽ inflammat: & ad illius ſummi aeris motum: ſyderis curſum imitat. ❡ Et hic flammã in modum crinis circũquaq; diſpergit/ qui crinitus dicit: hic deorſum demittit/ & tunc pogonia eſt. quem barbatũ dicimus: hic vero in latus porrigit/ & hunc dicunt caudatũ. ❡ Cometarũ diuerſitas. Horũ eſt duplex. Quidam per ſe apparet non in loco aſtri: & totus eſt Hypercauma. Alius ſub aſtro/ nunc ſub erratico/ nunc ſub altero: & fit in modũ Halonis circa ſolem aut lunã: nunc crinẽ/ nunc Pogona/ nũc flammã in latus porrigens. Sydus autem comam non habet. Hoc tamen intereſt. Quia Halon fit refractione. vt poſtea fiet manifeſtũ: cometa vero flamma & incẽdio Hinc fit vt Hippocratis ad ſolem refractio parũ ſit ꝓbanda: quia frequẽtius p ſe fit/ neq; circa ſolem neq; aſtrum aliquod: quã circa aſtrũ. ❡ Signa ꝙ cometa ca

Vera cometæ generatio.

Triplex cometa.

Fit dupliciter/ p ſe/ & ſub aſtro

Cometa calidæ eſt & ſiccæ naturæ

lidæ ſit & ſiccæ naturæ. Cometã igneæ eſſe cõſiſtentiæ & naturæ hæc ſunt indicia. Quando apparẽt cometæ validi perflant venti/& ſiccitates ſunt multæ. Hoc enĩ ideo eſt/quia eleuat̃ exhalationis multitudo/humidũ euaporans & ſolués:vt in aquam cõcreſcere/ denſari/ ſoluiq; nõ poſſit. Et cũ cometæ pauciores/minores/& rariores:pauciores erũt venti ac ſiccitates. Cum vero maiores:validiores erunt venti/& anni ſicciores. ℭ Et memoria ꝑditũ eſt/ aliquãdoſic inualuiſſe ſpiritum: vt magn9 lapis ſublatus fuiſſet ĩ aera/q in Aegyptios lac9 claro die decidit. & circa noctẽ apparuit cometes horrendus:hyems ſicca fuit. Boreas in Nilũ obtinuit faciens fluctus & inundationẽ. & Auſter extra fluctũ impetu valido perflabat/& arida impetebat loca. Et ſub principe Nicomacho circa circulũ Aequinoctialẽ exortus eſt cometes diebus paucis ꝑdurãs/ a veſpera ortũ faciẽs:quo tpe inſolitus vẽtus vexauit Corinthũ. Hec ſufficiẽtia præbẽt argumẽta: cometẽ naturæ eſſe igneæ/calidæ & ſiccæ. ℭ Et ſi quæras: cur non multi ſimul paſſim/cur raro/cur frequẽti9 extra tropicos fiãt ℭ Hoc ideo eſt. quia raro materia tãta eleuata eſt: vt ſufficiat facere cometã vnũ aut multos. Et ꝓpter diſgregationem & ſolutionẽ materiæ/quæ fit nũc a ſole/ nũc ab aſtris/& feruore ſolis ſemper illac diſcurrẽtis. ſub tropicis fortius diſpergit̃ atq; diſſoluit̃ materia: quã extra illum cœli ambitũ. ℭ Præter litteræ Ariſtotelis ſentẽtiam cometæ ſignificationes. Præſignat bonorũ ſterilitatẽ. vẽtorũ impetũ. bella. principũ læthũ: & ſeditiones.

Maximus ventus in Aegypto fuit tpe cometæ.

Quare raro fit Cometa

Tu ſteriles agros/& inania vota coloni:
   Siccus & efferuens ſœue cometa facis.
Cum crinem oſtentas:tunc ventorum impetus vrget
   Oppida. Tu bella ſanguinolenta moues.
Principibus læthum:tu ſeditioſa minaris.
   Sic variis mundus ducitur auſpiciis.

¶ In hoc Capite philoſophus ſuam ꝓfert opinionē De Cometarū tum generatione/tum differētia atꝗ ꝓprietate. Eius interpretes hanc eliciūt diffinitionē. ¶ Cometa eſt exhalatio terreſtris/calida & ſicca pinguis & viſcoſa/virtute aſtrorū ad ſupremā aeris partē eleuata. atꝗ ibidē incēſa. At hmōi materia nō eleuat̄ tota ſimul/ ſed pars poſt partem. Nam dum prior pars incendit̄/poſterior ſuccedit/ tāꝗ nutrimentū incēdii. Durat itaꝗ/quoad cōueniēs pabulū ſuſtollit̄. Ceſſat vero/deficiēte iā materia.

Quid eſt Cometa

¶ Apparet raro Hyeme ꝓpter frigus/qđ exhalationē calidā ſuſtolli ꝓhibet: Raro itē Aeſtate/ꝓpter calorē: q materiā cōſumit/ aut diſpergit. Frequēter itaꝗ Vere & Autumno potiſſimū quidem/quādo eſt Martis cum Saturno coniunctio/quia tunc fortior eſt calor/q materiam ſuſtollat.

Tempus quo cometa apparet

¶ Diuerſificanꝰ cometæ in quātitate/figura/& colore: ſecundū ipſius materiæ diuerſitatem. Sane maior apparebit is/cui copioſior ſubminiſtrat̄ materia

Diuerſificatio Cometarum.

¶ Ex figura autē/tria ſortit̄ nomina. Nam ſi materia ſit globata/ in medio cōpacta/ in extremis rara/dicit̄ ſtella crinita ſeu comata.


¶ Qꝫ ſi circa vnam partem multa ſit materia rara & diſcōtinua. dicitur barbata ſeu Pogonia. ¶ At ſi vna pars fuerit cōpacta/ reliqua in longū ꝓtenſa. dicit̄ ſtella caudata. ¶ Color autē ex denſitate. raritateꝗ materiæ diuerſificat̄: Nam materia rara cādidū præbet: Aliquantū compacta/rubeum. Vehemēter cōpacta puniceū. ¶ Atuero Aſtrologi planetis aſcribūt Cometarū colorē. Nam qui Saturni eſt (inquiūt) plūbei erit coloris: Qui Iouis/argentei: Qui martis/rubei: Qui ſolis/aurei: Qui veneris/obſcuri. ꝓpter ſpiſſitudinē: Qui Mercurii/Cerulei.

Aſtrologi de Colore Cometarū

¶ Stoici autē cometā ex triginta ſtellis cōſtare aſſerūt/ quarum nomina atꝗ effectus. quidā Aſtrologorū ſcriptitarūt. Hinc vulgo variis ſtellis depingitur: Appellaturꝗ Cauda Pauonis/ ꝙ ex multis ſtellis conſtet/vt illa ex multis ſpeculis/ quæ fuerunt olim (ſi poetis credimus) centū oculi pervigilis Argi. Quo de ſic ludit Oui. j. Metamor.

Cauda Pauonis

Centū luminibus cinctum caput Argus habebat.
Inde ſuis vicibus capiebant bina quietem:
Cætera ſeruabant/atꝗ in ſtatione manebant.



Plinius de Cometis

¶ De Cometarũ motu/durationeq; & loco/ſic refert Plinius li. ij. Ca. xxv. Breuiſſimũ (inquit) quo cernunt̃/ſpacium/ ſeptem dierum annotatũ eſt: Longiſſimũ Octoginta. Mouent̃ autem alii errantiũ modo/alii immobiles hærent. Omnes ferme/ſub ipſo ſeptentrione/ aliqua eius parte nõ certa/ſed maxime in candida/quæ lactei circuli nomen accipit. Ariſtoteles tradit/& ſimul plures cerni: Nemini cõpertũ alteri/quod equidem ſciam. Hæc Pli.

Octo mala portendunt Cometæ

¶ Cometæ plurima mortalibus mala portendũt. ¶ Primo Caliditatem nimiam. Nam modicus calor/tantã materiã ex terra reſoluere/ ſurſumq; ducere non poſſet. ¶ Secũdo Ventos: quia multæ tunc eleuantur exhalationes: At quæ non ſunt inflammabiles vt luminis receptiuæ/reuerberant̃ lateraliter/creantq; ventos. ¶ Tercio Siccitatẽ/ tum propter calorẽ/tum ꝓpter ventos. ¶ Quarto Sterilitatẽ ac famẽ Quia terra fit ſterilis/ ob multam ſiccitatem/ humoriſq; defectum. Quippe fructuũ nouerca eſt ſiccitas/humor autẽ mater. ¶ Quinto Terræ motus: quia ex eadem materia oriunt̃ Venti & motus terræ: ¶ Sexto Peſtẽ animaliũ: Quia aer inficit̃ ex groſſis& nebuloſis exhalationibus: quem animalia reſpirãdo hauriunt: Inficiũtur itaq; ac intereunt. ¶ Septimo Seditiones ac bella: Nam tũc dominat̃ Mars calorq; adurit ſanguinẽ: ex qua quidẽ aduſtione prouenit ira (cũ ſit ſanguinis circa cor ebulitio) Ex ira aũt rixæ/ ſeditiõeſq; ac bella ꝓ-

deunt. ¶ Octauo. interitus principũ: Nam cæteris delicatius viuũt principes/ſubtilioriꝙ vtunt alimẽto/poſſunt ꝓinde facilius intoxicari. Mors inſuper principũ ob diſcrimẽ multorũ clarioris eſt famæ ideo magis obſeruat. Adde ꝙ Colerici tunc vehemẽtiores ſequunt animi ꝑturbationes/bellaꝙ ac ſeditiones excitant: ex quibus ꝑſæpe enaſcitur cædes principũ.

Pontanus de ſignificatione cometarum.

¶ De Cometarũ ſignificatiõe Scribit & Põtanus hiſce carminibus

Ventorũ quoꝙ certa dabunt tibi ſigna Cometæ.
Illi etiam belli motus/feraꝙ arma minantur
Magnorum & clades populorum/& funera regum
Vt cum ſeu cœli occaſum/ſeu ſolis ad ortum
Extulerint caput infœlix/& crine minaci
Horrendum/late implerint terroribus vrbes.
Si ſteterint/certoꝙ loco veſtigia figent/
Finitimi bello inuadent/ciuiliaꝙ arma
Fœdabunt ſœuas cognato ſanguine dextras.
Sin ortum tendent verſus/peregrina moueri
Bella ſuis/hoſtemꝙ externis aſtore ab oris.

Diſceptatio Senece

In partem ariſtotelis.

¶ Atuero Cometa an verum ſit ſydus/an incendiũ exhalationis/ſic diſceptat Seneca Li. vii. ¶ Noſtris (inquit) placet. Cometas ſicut faces trabeſꝙ & alia oſtẽta cœli/denſo aere creari: Ideo circa ſeptẽtrionem frequentiſſime apparẽt/ quia illic plurimũ eſt aeris pigri. Ideo vero nõ ſtat Cometes/ſed ꝓcedit/quia igniũ modo alimentũ ſuum ſequitur: Et q̃;uis ad ſuperiora viſus ſit/tamẽ deficiẽte materia retroiens ipſe deſcendit. In aere quoꝙ ſi dextrã leuamꝙ premit partẽ/nec vlla eſt ei via. ſed qua eũ vena pabuli ducit/illo repit: Nec vt ſtella ꝓcedit/ſed vt ignis paſcit. Hec textui concordant. ¶ In partem autẽ contrariã/ſic diſſerit. Quare ergo per longũ tempus apparet. & non cito extinguit? Sex enim menſibus. hic quẽ Neronis principatu vidimus/ſpectandũ ſe præbuit. ¶ Ego itaꝙ (inquit) noſtris nõ aſſentior. Non enim exiſtimo. Cometen ſubitaneum ignẽ eſſe/ſed inter æterna opera naturæ. ¶ Primũ qdẽ. Quia quæcũꝙ creat aer/breuia ſunt: naſcuntur enim in re fugaci & mutabili: fluit enim ſemper/& breuis illi quies eſt: nunc pluuius. nunc ſerenus. nunc inter vtrunꝙ varius: nubeſꝙ illi familiariſſimæ ſunt. In quas coit. & ex qbus ſoluitur. modo cõgregant/ modo digerũtur/nunq̃; immotæ iacẽt: Nec fieri poteſt/vt ignis certus in corpore vago ſedeat/& tam ꝑtinaciter hereat. ¶ Deinde ſi alimento ſuo hereret/ſemꝑ deſcẽderet/ eo enim

In partem contrariã.

Cometam nõ eſſe incendiũ ꝓpter q̃tuor rationes.

aer craſſior eſt. quo terris ꝓpior: Nũq; vero Cometes in imũ vſq; de mittit. nec appropinquat ſolo. ¶ Cæterũ ignis pergit. quo illum na tura ſua ducit. id eſt ſurſum: Aut quo trahit materia/cui adheret. Syderis autẽ ꝓpriũ eſt. orbem ducere: Quod an Cometæ fecerint alii/ neſcio: duo noſtra ætate fecere. ¶ Demũ/omne qđ cauſa temporalis accendit. cito intercidit. Nam & fax & fulmen/& ſtella trãſcur rens. & qſquis eſt alius ignis. aere expreſſus/ in fuga eſt. nec apparet niſi dum cadit. Cometes aũt ſedem ſuam habet. & ideo non cito ex pellitur. ſed ſpaciũ ſuũ emetiť/nec extinguiť. ſed excedit/ac linquit.

Cometam eſſe verum Sydus.

¶ Si erratica ſtella eſſet. in ſignifero eſſet. Quis vnum limitẽ ſtellis ponit? Quis in anguſtũ diuina compellit? Nempe hæc ipſa ſydera quæ ſola moueri creditis. alios & alios circulos habẽt. Cur ergo nõ etiam aliqua ſint. quæ in propriũ iter. & ab iſtis remotũ receſſerint? ¶ Cæterũ Cometes etiam ſic poteſt habere aliũ circulum. vt in ſigniferum tamẽ incidat. aliqua ſui parte. Nõ enim ad vnã in quã natura formã. effectus & opus ſuũ præſtat: ſed ipſa varietate ſe iactat: Eiuſq; potentiã ignorat/ qui nõ ei aliquãdo licere. niſi qđ ſæpius fecerit putat: Alia maiora alia velociora aliis facit. ¶ Cometas nõ frequenter oſtendit: locũ alium illis attribuit alia tempora. diſſimileſq; cæteris motus. ¶ Voluit & his magnitudinẽ operis ſui colere. Quorũ formoſior facies eſt. quã vt fortuitã putes. ſiue amplitudinẽ eorũ cõſyderes. ſiue fulgorem. qui maior eſt cæteris/ atq; ardẽtior. ¶ Facies etiam inſigne quoddam habet & ſingulare: nõ in anguſtũ cõiecta & artata. ſed dimiſſa liberius. ac multarũ ſtellarũ regionẽ amplexa

Contra Ariſtotelẽ

¶ Ariſtoteles ait. Cometas ſignificare tempeſtatẽ vẽtorũ/& imbriũ intemperãtiã Quid ergo nõ iudicas. ſydus eſſe. qđ futura denũciat? Non enim ſic tempeſtatis hoc ſignũ eſt. ſicut futuræ pluuiæ/ putres fungos cõcreſcere: vel ſæuituri maris: cũ in ſicco ludunt fulicæ. ſed quomõ æquinoctiũ indicat calorem. frigusq; flectentis anni demõſtrat: Quomõ illa. quæ Chaldæi canũt. quid ſtella naſcẽtibus triſte lætũq; conſtituat.

Præſagia Cometæ

¶ Hæc/vt ſcias/ita eſſe: non ſtatim Cometes ortus pluuias/vẽtoſq; minať (vt Ariſtoteles ait) ſed annũ totũ ſuſpectum facit. Ex quo apparet. illum non ex proximo. quæ in proximũ daret ſigna traxiſſe. ſed habere repoſita. & compreſſa legibus mũdi. Hæc Senecæ diſceptatio.

Cõcluſio Modeſta Senecæ

Concludit tandem hæc an vera ſint. dii ſciunt. quibus eſt ſententia veri: Nobis rimari illa. & coniecturare in occulto tantum iacet. nec cum fiducia inueniendi. nec ſine ſpe. Multa venientis æui populus. ignota nobis/ſciet Multa ſæculis tunc futuris: cum memoria noſtri exoluerit/reſeruanť: Rerũ natura. ſacra ſua nõ

ſimul tradit. Iniciatos nos credimus: In veſtibulo eius heremus. Illa arcana. non promiſcue. nec omnibus patent. reducta etiam in interiore ſacrario. clauſa ſunt: Ex quibus aliud hæc ætas. aliud quæ poſt nos ſubibit/aſpiciet. ¶ Hæc cōtra Ariſtotelē allata. venia dignenẽ quæſo: non enim temere & abſq; veriſimili ratione dici videnẽ. ¶ Eſt ꝑfecto intellectu difficile. tam cōſtantẽ diuturnamq; ſyderis faciem. incendiū eſſe aereū. Nullū enim incēdiū in quiete eſt. creſcit omne rapidaq; voracitate totam/quā inuenit materiam accendit. Quod plane cernit̃ in vrbis incendio. vbi craſſa quoq; materia/ rapidiſſime inflammat̃. ¶ Quis ergo cohibet Cometæ incendiū. ne materiam tam facile inflammabilem. vel ad terram vſq; ſequat̃ atq; incendat. ſubitoq; conſumat? Quis iubet materiā eius cum ipſo circuire terras? Quis indicit ventis nubibuſq;. ne cōtinuatā illam exhalationē interrumpant? Quis pluuias nebulaſq; abſcedere cōpellit. ne im purius reddant Cometæ ꝑbulum/eiuſq; faciei nitorē deturpent? Quis abigit frigus a pabuli loco. quando in hyeme Cometes longo etiam tempore conſpicit̃? ¶ Verum enimvero ſi quis dicat Cometam verum eſſe ſydus/omnem ſupra dictam tollit doctrinam qd' & durum eſſet & temerariū. ¶ Quid ergo dicendum? Neſcio equidē: mallem audire alios. q̄ temere quicq; aſſerere. Credo tamen ſi quis diceret. Huiuſmodi exhalationē ita compactam/ non incēdi ſed aſtrorū lumine ſolum perluſtrari (vti de Paraheliis dicit̃) is ſane tutus poſſit inter Scyllam/Charybdimq; nauigare Sic enim ſaluaret præcedentia/euitaretq; allata tum a Seneca. tum ab aliis incōuenientia. quæ contra Cometæ incendium afferuntur.

Cometam eſſe incendiū/ difficile creditu

Nō eſſe cometā ſidus

Tertius modus dicēdi.

OCTAVI CAPITIS NOTE

¶ Lac primo: eſt circulus albus cœlum cingens (vt aiunt) per Geminos & Capricornū tranſiens/ ſub noctis ſerenitate conſpicuus. de quo meminit Ouidius.

Eſt via ſublimis cœlo manifeſta ſereno:
Lactea nomen habet/candore notabilis ipſo.

¶ Secundo. Lac eſt exhalatio ſub ipſo cōgregata cœleſti circulo: eius cādoris ſimilitudinē repræſentans.

Et cauſatur cãdor in illis/ vt colores cauſari dicti ſunt Cœleſtis ſemp̄ ſub nocte ſerena apparet:impreſſiões non ſemp̄. ¶ Lac/ via lactea/Galacia. Gala enim dicunt græci lac.¶ Emphaſis demõſtratio.¶ Sporades diſperſæ.

Fabula phaetõtis. V

OCtauum cap.cõtinet tres de lacte opiniões: earũ improbationes. & propriã determinationẽ. ¶ Tres de lacte opiniones.¶ Prima eſt Pythagoricorũ dicẽtiũ Phaetontẽ ſemel hac currus traxiſſe paternos:& hãc cœli partẽ exuſtã incanduiſſe:hincq; nobis adhuc lac apparere.¶ Sed incõueniẽs eſt non intelligere hac de cauſa Zodiacũ circulũ iam exuſtum eſſe debere: & magis q̃ȝ lacteus circulus.Nam ſub eo ſemper ſol decurrit/& omnia errantia ſydera.At nihil tale paſſus cõſpicit̃ (nobis eni totus manifeſtus eſt circulus:& qualibet nocte videt̃ dimidius)niſi ea ex parte qua cõiungit̃ lacteo circulo

Lac quorũ dã aſtrorũ lumẽ eſſe X

¶ Secũda eſt Democriti &Anaxagoræ dicentium lac eſſe ꝓpriũ lumen aliquorũ aſtrorũ adinuicẽ cõgregatorũ.Dicebãt enim ſolis aſpectu ꝓpriũ lumen aſtrorũ impediri videri. ſed terra interpoſita non impeditum videt̃:& lac ipſum nuncupat̃ ¶Sed nõ ita eſt.Primo q͞a lactis circulus ſemp̄ apparet ſub eiſdem aſtris. At continue eſſent alia & alia quæ a ſole nõ inſpicerent̃: tranſlato igit̃ ſole oporteret & lac trãſferri. ¶ Secũdo Quia Aſtronomicis theorematibus cognitũ eſt ſolem eſſe multo terra maiorẽ:& aſtra multomagis a terra q̃ȝ ſolet luna/diſtare.conus igit̃ terreſtris vmbræ deficit citra aſtra/ad ea ipſa ſolarẽ aſpectum nõ impediens.

❡ Tertia eſt dicentiũ lac radiorũ ſolis refractionẽ: vt de cometa. Sed neq; hoc verũ eſt. ❡ Primo. Quia nõ ſemp deberet apparere in eodẽ loco. vt impoſſibile eſt eandẽ Emphaſim cõtinue in eadẽ ſpeculi parte fieri: ſi ſpeculum aut res moueatur. Mouent̃ autẽ continue ſol & aſtra. ❡ Secũdo. quia apparet nobis lactis circu lus ĩ aqua de nocte: vbi nõ poteſt eſſe talis refractio. Non igitur fieri oportet hanc Emphaſim atq; cando ris manifeſtationẽ: ob radiorum refractionem.

Lac radiorũ ſolis refractionẽ eſſe

❡ Ariſtotelis determinatio. Virtute aſtrorũ quæ ſunt in cœleſti lacteo circulo: eleuant̃ exhalationes multæ vt fit in generatione cometæ: in qua quidem recipitur atq; refringit̃ lumen aſtrorũ illic exiſtentiũ / & illius partis cœli. Fitq; hunc in modum circulus magnus albus (vt ſub aſtri rotunditate fit circulus halon) qui lactis circulus dicitur. Et id quidẽ rationabile eſt. Nã ſi vnum aſtrorũ ſufficit materiam eleuare / vnde poſſit prodire cometa: multo quidẽ fortius magna aſtrorum multitudo: quæ in via cœli lactea late effulgent (quas ſporades dicunt) materiam ſuſtollere poterit: in qua hæc pars cœli formetur / repræſenteturq;. Adde hunc lacteum circulum non fieri inter Ttopicos vt neq; co metas: ſed extra / vbi exhalationũ vis maiore pdurare poſſit indiſſoluta tempore: & vbi eſſe poſſit maioris materiæ repræſentatiõis cõmoditas. De flammis igit̃ apparẽtibus / de phantaſmatibus / de cometis / & lacte Hæc dicta ſufficiant.

Vera Galaciæ generatio.

Primi Meteororum Finis.

¶ In hoc Capite agit philoſophus de Galacia/more ſuo primum aliorū recitās opiniōes/dein ꝓpriā ſubiicit ſententiā. Prudenter autē diſtinguit Galaciā Stapulenſis in frōte Notarū/ tollitq́ʒ ſimul inter Thomiſtas Albertiſtaſq́ʒ diſcrepantiā.

Differunt lac primo & ſecūdo

¶ Lac enim primo mō. non eſt mixtū imperfectū/ſed eius exemplar. Eſt enim de natura cœleſti. ex multis cōſtans ſtellis, quarū fulgor viā illam ita candidam reddit ¶ At lac ſcd'o modo. Eſt vtiq́ʒ mixtū imꝑfectū in aere cōſiſtēs. ſpeculū quidē/qđ Galaciæ cœleſtis candorē repræſentat. At non ſemꝑ apparet/quia nō ſemꝑ cōſiſtit ſub lacteo circulo eiuſmōi exhalatio/quæ candorē eius in ſe reciperet. Sicut nec halo/nec hiatus aliave impreſſio ſemꝑ apparet.

Cōtra Albertiſtas.

¶ Temere itaq́ʒ negare vident̄ quidā Elementarē Galaciā. Nam & ſtellæ tam multæ/bene poſſunt tantū exhalationis attrahere/& philoſophus id liquido in textu affirmat. Alioq́ ꝑfecto vane ageret de Galacia cœleſti: Quādoquidē de nullis aliis nec aſtris nec imaginibus cœli. in hiſce libris determinet/ſed de impreſſionibus meteorologicis/mixtiſq́ʒ imperfectis.

Fabula Phaetōtis.
V

¶ Fabulā Phaetōtis ꝑpulcre decātat Ouidius: ii. Metamorphoſeos fuit eni filius Solis ex Clymene: In cuius rei teſtimoniū. Sol præſtare pollicitus eſt/quicquid filius expoſceret: Petiit itaq́ʒ/ vt ſemel ſibi currū regendū cōmitteret: quē ab inuito patre obtinuit quidē/at nec viā nouerat/nec equos cohibere valebat. Exorbitauit itaq́ʒ/ totumq́ʒ ferme mundū cōcremaſſet/niſi Iuppiter fulmine eū deieciſſet.

Hiſtoricus intellectus

¶ At q ad hiſtoriā referūt/dicūt ꝑ Phaetontē intelligi grandem Cometā/cuius tꝑe tāta fuerit ſiccitas/tantuſq́ʒ Solis ardor/vt & arbores/ſegeteſq́ʒ ariditate perierint/& flumina ꝓpemodū exiccata. Sed de fabula loquit̄ philoſophus.

X
Reprobatio ſecūdæ opinionis

¶ Secūda opinio a vero aliena eſt/ tum ꝓpter rationes philoſophi; tum ꝙ falſum ſupponit: Aſtra inq̄ʒ propriam habere lucē. Id ſane ita ſe nō habet: nam Aſtrologorū quoq́ʒ cōſenſu/omnes ſtellæ a ſole lumen recipiūt. Propterea dicit̄ a poetis pater hominū/princepſq́ʒ deorū/id eſt/ſtellarū Quod ꝑſpicue quidē ex Lunæ augmēto decremētoq́ʒ videri poteſt. Eadē autē eſt ratio de aliis quoq́ʒ aſtris/quæ & de Luna.

Quare ſtellæ nō obſcurant̄ vt luna

¶ Sed ꝙ nō obſcurant̄ interdum vt luna/ꝓpter diſtātiā eſt eorū a terra/cuius vmbra tam alte nō porrigitur. Sūt enim ſtellæ fixæ in octauo cœlo. Sol in quarto: Luna in infimo. Ideo ad eam vmbra terræ aſcēdere poteſt: eamq́ʒ obſcurare/ſi interponat̄. Sed aſtrorū lumē terræ interpoſitio īter ſolē atq́ʒ aſtra nō impedit. Eo ꝙ ſol q̄ʒ terra longe maior eſt. Ideo nō ex omni parte radios eius terra interiecta præpediet. Semꝑ itaq́ʒ aſtra a ſole illuſtrātur: Luna autem obnoxia eſt vmbræ terræ/ Quocirca patit̄ interdū

Eclypſim. Nō igitur lac cœli eſt proprius aſtrorum candor

¶ Præter has ab Ariſtotele adductas opiniōes. De hoc lacteo circo/ plures adhuc alias refert Macrobius li. j. de Somnio Scipionis. De hoc (inqt) lacteo circo/ multi inter ſe diuerſa ſenſerūt: Cauſaſq; eius fabuloſas alii/ naturales alii ꝓtulerūt. ¶ Sed nos fabuloſa reticentes ea tantū modo/ quæ ad naturā eius viſa ſunt ꝑtinere/ dicemus

Plures opiniones ex Macrobio

¶ Theophraſtus. Lacteū/ dixit eſſe cōpagem. Quia de duobus Hemiſphæriis Sphæra cœli ſolidata eſt: & iō vbi oræ vtrinq; cōueniūt notabilē claritatē videri. ¶ Diodorus/ ignē eſſe denſæ cōcretæq; naturæ/ in vnā coruui limitis ſemitā/ diſcretione mundanæ fabricæ coacer uāte cōcretū: Et ideo viſum intuentis admittere: reliquo igne cœleſti/ lucē ſuā nimia ſubtilitate diffuſam/ nō ſubiiciēte conſpectui.

Opinio Theophraſti.

Diodori

¶ Democritus/ innumeras ſtellas/ breueſq; oēs/ quæ ſpiſſo tractu in vnū coactæ/ ſpaciis/ quæ anguſtiſſima interiacēt/ optis: vicinæ ſibi vndiq;: & ideo paſſim diffuſæ lucis aſpergine/ cōtinuū iuncti luminis corpus oſtendūt. ¶ Sed Poſſidonius (cuius diffinitioni plurium cōſenſus acceſſit) ait: Lacteū/ caloris eſſe ſyderei infuſionē: quā ideo aduerſa Zodiaco curuitas obliquauit: vt quoniā ſol/ nūq; Zodiaci terminos excedēdo/ expertē feruoris ſui/ partē cœli reliquā deſerebat Hic circus a via ſolis in obliquū recedēs/ vniuerſitatem flexu calido temperaret. Dixit Scipio eū circulū/ virtutibus debitū/ & beatorum cœtu refertū. ¶ Proclus itē Diadochus. Obliquus etiā (inqt) eſt & lacteus circus/ nam ſupra Tropicos obliquatus cernit. Cōſtat aūt ex tenui nebuloſa ſubſtātia. Vnus certe cœleſtiū circulorū conſpicuus/ nec certa latitudine definitus/ ſed aliqua ſui parte latiore/ aliqua anguſtiore. Eſt autē vnus e numero maximorū circulorū. quippe cum maximi circuli in ſphæris dicant. quibus idē centrū cū ſphæra eſt Sed hæc Tyrunculis ob difficultatē moleſta forte erūt. Maneāt itaq; apud Ariſtotelem. ¶ Noſtrumq; audiant Pontanū de eodem lacte ſic pede loquentem.

Democriti

Poſſidonii.

Pontanus de Lacteo circo.

Quippe vagus ſolem fugiens/ torrentiaq; aſtra,
In leuum dextrumq; latus declinat/ & ipſa
Raptatus circum cœli vertigine candet
Syderibus late ſparſus/ pallentiaq; ora
Stellarum/ atq; amnes lactis ſub imagine præfert
Nāq; acies obtuſa/ & non penetrabile lumen/
Et ſeries numeroſa/ minutaq; corpora paruis
In ſpaciis verſata procul candere videntur



Summa huius Capitis

¶ Quid ergo Galacia? via illa, quam nocte ſerena extra Zodiacum quoq; cernis, quaſi candidis pulueribus ſparſam. Hunc candorem Sporades efficiunt in firmamento: In aere autem exhalatio, illius circuli candorem recipiens. Hæc ſumma huius Capitis.

Finis Cõmentarii in librum Primum.

Præſtabiliſſimo viro. Bilibaldo Pyrckhemer/Patricio/ Senatoriq; Norico / De vtraq; lingua bene merito: Domino ſuo ꝑ q̃ʒcolendo/Io. Coclæus Noric9. S.P.D

Quã ſupiori æſtate elucidaui Meteorologiã. Præclariſſime Domine Bilibalde/
tuo ſubmittit̃ iudicio/an Calcographiæ demãdanda/ diſcipuliſq; tradenda ſit:
an potius æternũ lateat/lucem fugitura prudentũ. Nec ab re quidẽ: Quoniã nõ
deerunt/ qui inculpabunt nouam cõmentarii formã. cauſabũturq; adoleſcẽtulis
non æquam eſſe materiam. Tuo autem ſtabo potius hac de re iudicio/q̃ʒ balbu-
tientiũ cauillis tã pertinacibus. Minime enim te latet/quãtũ Tetricus plurimorũ
ſtilus rectæ eruditiõi obſtiterit. Iudicant illi nõ poſſe cõuenire eloquentiã cum
philoſophia. Tu vero (qui Platonẽ / Ariſtotelem/ Theophraſtum/Plutarchum
in græco ſermone: & in latino Ciceronẽ/Varronẽ Marcianũ Capellam/Pliniũ
Senecam Priſcos quidẽ philoſophos. Argyropilũ item Bizantiũ/ Leonardum
Aretinum. Io. Picum. Hermolaum Barbarum. Marſilium ficinum/Neotericos:
atq; alios q̃ʒplurimos vidiſti) longe aliter iudicas/diciſq; noſtrorum philoſo-
phiam ab illorũ inſtituto turpiter degeneraſſe / vanamq; ꝓblematũ vmbram /
ꝓ ſolida rerũ cognitione amplexam eſſe. Haud ſecus/atq; Canem illũ Aeſopi:
qui maiorem in aqua cernens vmbram: carnem/quã rictu gerebat/ dimiſit/ vm-
bram ſequutns inanem. Credunt illi/optimũ eſſe/ſex/octo ve annis adoleſcentu
los in prima & ſecũda partibus Alexandri Galli Tractatuliſq; Petri Hiſpani/
detineri. deinceps vbi liberalia petunt ſtudia/ in veteri (vt vocant) arte/libriſq;
Phyſicorum atq; de anima/ vel ad magiſteriũ vſq; ipſos præcipue occupari. Tu
vero Priſcorum imitatus veſtigia/multo ſatius fore arbitraris/ adoleſcẽtes in pa
ternis laribus/ſimul cum manſuetioribus litteris rationalem addiſcere philoſo-
phiam/hoc eſt Grammaticen & Rhetoricen dialecticenq;: quod ꝑfecto factu
eſſet q̃m facillimũ. ſi de extraneis nihil in traditione ꝑmiſceret̃. Nũc vero in grã-
matica tantã argumentorũ/vocabulorũq; colluuiem afferunt/vt Rhetoricen om
nino negligant. Dialecticen aut barbare. aut omnino non attingant. Credo
equidẽ Triuiales ſcholas a Triuio illo appellatas. Poſtq̃ʒ vero Triuii principiis
mediocriter fuerint eruditi/liberior ipſis ad naturæ ſacra patebit aditus/ habe-
bũtq; ex manſuetioribus litteris/ ſeueriorum ſtudiorũ leuamen: Vt poetas/ hiſto
ricoſq; legant more Italorũ/nõ laborioſo quidẽ ſtudio (vti noſtratibus mos eſt)
ſed ſumma cũ delectatione/animi reficiendi gratia/poſt cænam/ quando philo
ſophicis ſtudiis. ob cibi grauamen/nondum eſt oportunitas. Qua in re cõſultũ
fore crediderim/ſi textum bene emendatũ: capitibus/concluſionibuſq;/ac pun-
ctis bene diſtinctum addiſcerent/vt mature totam poſſint perſtringere philoſo-
phiam. quæ tãto eſt iucũdior: quãto ad particularia magis deſcendit. Tedioſior
vero in vniuerſalibus cõſideratiõibus. vt in libris Phyſicorũ. De cœlo & mũdo
De generatiõe & corruptiõe: Iucundior aũt in libris ſequẽtibus. vbi minor opi
nionũ diuerſitas/maior rerũ habet̃ cognitio. Præter naturalia autẽ pluria adhuc

reſtant philoſopho legenda. Quadriuiū Matheſeos: qđ vt certiſſimas habet de-
monſtrationes/ita ſcitu digniſſimū merito reputabit/ cuius ꝓfecto cōtemptus
non paruam ſtudiis iacturam tulit. Metaphyſica item/ quam & Theologiā &
reginam ſciētiarum vocat Ariſtoteles. Tota deniq; moralis philoſophia/Ethica
Oeconomica/& Politica/cui maxime incumbendū eſſet: ex qua & nos ipſos &
familiam/totamq; rempublicam regere diſceremus. ad quam Cicero Seneca to
taq; Stoicorū ſecta/maxime inclinant ac ſuadent. Quę ſi quis ea/matura lectione
(vitatis ꝓblematū/argumentorūq; ambagibus) perlegerit intellexeritq; omnia:
talis ꝓfecto erit philoſophus/qualem voluit Plato. qui beatam faciat rēpublicā
Et q optimus/ aut medicus/ aut iurecōſultus Theologuſve euadat. Is modus ſtu-
dendi longe ꝓfecto vtilior eſſet/quam illorū. qui tantillā philoſophiæ partem
iuuentuti ꝓponunt/eamq; ſeſquipedali cōmento extendūt/argutiarū captioni
bus obnubilant/cōtinuatione in mille partes diſcindūt. queſtionibus extraneis
interrūpunt/ ſophiſticiſq; ꝓblematibus/ſomniis Democriti quā ſimillimis/of-
fuſcant. Hæc certe extrema eſt nunc omniū pene ſtudiorū peſtis/qua negligitur
textus/recitant opiniones. Hæc lacera philoſophiæ veſtis. Qua de conqueritur
Boetius. Hæc temporis iactura/qua ætatis florem deterimus. Dedit nobis deus/
ſimul recta cum religione/clementius/ꝙ olim/cœlum/ molliuſq; ingeniū (qđ
facile ex artificiis/variiſq; Germanorū inuentis perpendere licebit) ſed longa ad
huc nobis eſt Puericia/tenera educatio/ſera & quidē barbara litterarū inſtitutio.
Qua in re meam imprimis deploro calamitatē/publicoq; ingemiſco ſtudiorum
detrimēto. Sed diuino illo impreſſoriæ artis inuēto. magna ex parte ſubuenere
ſtudiis noſtri Germani. Eſt ꝓinde decentiſſimū/vt & a linguæ barbarie ſuos vin
dicent (quemadmodum a barbaro Priſcorum ritu/ ſe egregie vindicauerunt) ne
in teneris annis ipſorum adoleſcētes barbariem hauriant. quā in ætate prouecta
dedignantes/ multo labore/longoq; tempore dediſcant. Cū non ſit difficilius/
rectam ex bonis Authoribus eos doceri latinitatē. quam Popinariā/ex ſtridulis/
duriloquiſq; eloquii corruptoribus: quandoquidē neutrū a natura eis ineſt. ſed
longiorem pius dolor reddidit epiſtolam: Ignoſce Mi Domine Bilibalde/nam
eadem quereris & tu. At non parum/ mox tua Plutarchi interpretatione bonas
litteras ꝓmouebis/quā equidem vehemēter expecto. Vale Ex ſcholis noſtris. x.
Kal'. Martii. Anno domiui. Milleſimoquingenteſimo duodecimo.

PRIMI CAP. SECVNDI METEORORVM NOTE.

❡Stilla/gutta.

SEcũdus liber Meteororũ cõtinet nouẽ cap. Primũ cauſas pluuiæ. eius generationẽ. & vnã caliginis & nubis differentiã. Et præter litteræ Ariſtotelis ſententiã vnum & viginti ſigna pluuiæ. ❡Cauſæ pluuiæ ſunt. Efficiẽs: cœli circulus/maxime ſolis: qui ꝓpe nos decurrẽs/vapores eleuat/& diſpgit: quos ſua abſentia cõgregat. Materia autẽ eſt vapor calidus & humidus ſurſum latus.

Pluuiæ generatio A

❡ Pluuiæ generatio. A ſole & aliis aſtris eleuant᷑ vapores ab aqueis locis (eſt enim vapor/aquæ halitus) qui diu in aere ſuſpẽſus/& ob mediæ regiõis frigidæ cõtactũ dẽſat᷑ infrigidat9/atq; iterũ p ſtillas deorſum erũpit: fitq; pluuia. Quæ ſi minoribus ſtillis crebra deſcẽdit: imber. Si maiorib9: pluuia. Si impetuoſe/ſubito/& groſſioribus totis ſimul: labrocera dicat᷑.

Differunt nubes & caligo.

❡ Differẽtia. inter nubẽ & caliginẽ hoc intereſt: quia nubes eſt craſſior ille vapor viſus in aere ſuſpenſus: q tandẽ ſoluat᷑ in aquã. Caligo aũt itidẽ ſuſpẽſa nebula eſt/ſed quæ non ſoluat᷑ in aquam: quæ diſpergitur & diſperſa vaneſcit. Eſt enim caligo velut nebula ſterilis Fit hinc/vt caligo magis ſit ſerenitatis ſignũ. Et generatio nubis ex vapore/& pluuiarũ ex nube: imitatur ſolis circulũ. Nam ſole exiſtẽte ꝓpe: eleuant᷑ vapores fiũtq; nubes. quo elongato: iterũ deſcendũt. Calidum enim eleuat. & frigidum deprimit. Et hoc ſemper: vt fluuius effluens & relabens ſecundum ordinem. Et forte hunc ſemper naturæ/ſerie ſeruata/ indeficientẽ

Circularis generatio nubis & pluuiæ

flauiũ:vt diuinæ ꝓuidẽtiæ flumẽ/priores ſub enigmate & velata allegoria/Oceanũ terræ ſemper circũfluũ vocauere. ℂ Præter litteræ Ariſtotelis ſententiã vnum & viginti pluuiæ ſigna. Mergorũ e flumine celer volatus atq; clamor. Fulicæ in ſicco ludentes. Ardea ſuper nubem euolans. Sydera cadere viſa. Albeſcẽtes flammarum ſub obſcura nocte tractus. Paleæ & frondes eleuatæ volitantes. Plumæ in ſumma aqua colludẽtes Ex parte Boreæ: Euri / Zephyriq; tonitrus. Grues in aere fugam agitantes. Vacca in cœlum ſuſpiciens & captans naribus auras. Hirundo lacus circũuolitans Ranæ in limo/querulæ. Formica oua extollens: Cœleſtis arcus apparitio. Agmen coruorũ e paſtu rediẽs/ & alis ſtrepens. Fluuiales aues vndis relictis prata quærẽre: ſe fruſtra lauare geſtientes. Garrula cornix. Cornix ſola deſpaciata harena: caput vndis obiectãs & immergẽs. Ignis in oleo ſcintillans. Et fungi creſcẽtes. Pluuias & tẽpeſtates (vt cecinit Maro) præſagiũt.

xxi. ſigna pluuiæ. ex prio Geor. Virg.

Iam ſibi tum curuis male temperat vnda carinis:
Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi:
Clamoremq; ferunt ad littora. Cũq; marinæ
In ſicco ludunt fulicæ. Notaſq; paludes
Deſerit: atq; altam ſuprauolat ardea nubem.
Sæpe etiam ſtellas vento impendente videbis:
Præcipites cœlo labi. Noctiſq; per vmbras:
Flammarum longos a tergo albeſcere tractus.
Sæpe leuem paleam & frondes volitare caducas.
Aut ſumma nantes in aqua colludere plumas:
At Boreæ de parte trucis cum fulminat: & cum

Euriq; Zephyriq; tonat domus: omnia plænis
Rura natant foſſis/atq; omnis nauita ponto:
Humida vela legit. Nunq̃; imprudentibus imber
Obfuit. Aut illum ſurgentem vallibus imis:
Aeriæ fugere grues. Aut bucula cœlum
Suſpiciens: patulis captauit naribus auras.
Aut arguta lacus circũuolitauit Hirundo
Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.
Sæpius ex tectis penetralibus extulit oua:
Anguſtum formica terens iter. Et bibit ingens
Arcus. Et e paſtu diſcedens agmine magno
Coruorum increpuit denſis exercitus alis.
Iam varias pelagi volucres (.& quæ Aſia circum
Dulcibus in pratis rimantur prata Cayſtri.)
Certatim largos humeris infundere rores:
Nunc caput obiectare fretis/nunc currere in vndas:
Et ſtudio incaſſum videas geſtire lauandi.
Tum cornix plæna pluuiam vocat improba voce.
Et ſola in ſicca ſecum ſpaciatur harena:
Aut caput obiectat querulum venienttbus vndis.
Nec nocturna quidem carpentes penſa puellæ
Neſciuere hyemem: teſta cum ardente viderent
Scintillare oleum. Et putres concreſcere fungos.

¶ Secũdus liber agit de impreſſionibus aqueis/quæ ex vapore procreant. Quemadmodũ primus de iis/quæ exhalatione incenſa coaleſcunt/determinauit: Tertius vero aget de iis/quæ exhalatione conſtant nõ incẽſa. Quoniã vero inter aqueas impreſſiões/pluuia & notior & frequẽtior eſt cæteris/ab ea rite ſumit exordium. Materia triũ librorum

¶ Quid eſt Pluuia? Eſt ros multus. Vel eſt vapor calidus & humidus/in aquã frigiditate mediæ regionis aeris concretus/p ſtillas deorſum cadens. ¶ Nam pluuiæ: Authore Iſidoro. Li. xiii. dicunt quaſi fluuiæ/eo q fluãt: Naſcunt enim/de terræ & maris anhelitu: Quæ Quid eſt Pluuia A

cum altius eleuatæ fuerint/aut ſolis ardore reſolutæ aut vi vẽtorum
Imber. cõpreſſæ/ſtillant in terras. ¶ Dicunt & imbres/ eo ꝙ terram ad ger
Nimbus. minandũ inebriant. ¶ Nimbus autẽ a nube dicit. Denſitas enim nu
bis intempeſta & obſcura/nimbus eſt: ſunt nãq; nimbi/repẽtinæ &
Quadru- præcipites pluuiæ. Hæc ille. ¶ Ex iis ſane ꝗdruplex pluuiarũ cauſa
plex pluui aſſignari poteſt. ¶ Prima Eleuatio vaporũ ex terra & aqua/ i mediã
arũ cauſa. aeris partem/vbi rigeſcit vapor in nubẽ/nubes vero in ſtillas ſoluit/
pondereq; ſuo decidit in terras. Eleuãt nãq; calor/ſubtiliando/frigus
vero grauat ingroſſando. ¶ Secũda. Aer ex terræ aquarũq; frigidi
tate inſpiſſatus/tranſit in aqueam ſubſtantiã/ quam nubem dicimus
eam radii ſolis penetrãt. In guttaſq; reſoluũt/quæ ob grauitatem fri
gore inductam delabũtur. ¶ Tertia Sol & aſtra humorẽ attrahunt.
Ex quo id qđ liquidius eſt/in igneã trausformat ſubſtantiã: qđ aũt
grauius eſt /deorſum remittit. ¶ Quarta. Ventus eleuans humorem
de mari fluuiiſq; & lacubus. Præſertim Auſter pluuius dicitur. Nã
curſu ſolis adiutus ſuo calore ex terra mariq; reſoluit humorẽ/crebros
ꝓinde imbres affert: Terra enim feruore tacta/humores eiicit/ꝓinde
atq; corpus animalis/ex calore/ſudores emittit. ¶ Hinc ꝑfecto eſt ꝙ
nullum pæne tempus ſit ab imbribus immune: ſemper enim aliqua
iſtarũ cauſarũ præſto eſſe poteſt. Pluuiarũ generationi/quã aſſiguat
philoſophus/his verſibus alludit Pontanus.

Pontauus de generatione pluuiæ

Terra etenim duplicem exhalat ſaturata vaporem:
Humidus hic/craſſoq; madens ſe corpore vix fert.
Aridus & calido ſuffimine proſilit alter.
Accipit hos late in gremium circũfluus aer.
Ille igitur per inane vagum ſublatus in auras
Conuertit ſeſe inſinuans/paſſimq; coactus
Denſatur magis atq; magis/tum nubibus actis
Frigida per loca/ſub cœli regione maligna:
Id quod erat calidum/ſenſim effluit/& volat alta
Sub loca: qua poſitis feruent incendia caſtris.
Ipſe autem /cogenre gelu tabeſcit/ & inde
Liquitur. Irrigueq; cadunt ex aere guttæ.
Interdum rapidos amnes eſt cernere/paſſim
Diffluere/& totum in pluuias deſcendere cœlum
Tantus in aerio ſeſe globus orbe coegit.

Apuleius de eadem.

¶ Apuleius item in libro de mũdo/ſic exprimit pluuiæ originem.
Aer actus i nubẽ/nubibus denſet/& ea craſſitudo/aquarũ fœtu gra
uidat. Imber exprimit cum inter ſe nubiũ denſitates vrgent. Totq;

diuerſitatibus pluuiæ cadũt/quot modis aer. nubiũ cõditionibus cogitur. Raritas enim nubiũ. ſtillicidia diſpergit: Quæ cõcretæ vehementius/effundũt agmina largiora/& eas aquas/quas imbres vocamus: A qbus hoc differũt nimbi. ꝙ pluuia iugis eſt: Nimbus autẽ quãto repẽtinior eſt/tãto vehemẽtior: & quãto improuiſior. & præcipitatior eſt: tanto breuiore caſu reſtingit.

Duodeci pluuiæ ꝓprietates

¶ Duodecim pluuiæ ꝓprietates colligi poſſunt. ¶ Prima Guttæ pluuiæ ſphericam amplexant figurã. Cuius ſignũ eſt excauatio lapidum ſub ſtillicidiis. Sic enim a corruptione ſe vindicare ſtudent. Vnde & aqua in mappam fuſa/continuo ſe globat/ſic enim melius ſe cõſeruat/& diutius. ¶ Secunda Pluuialis aqua etiam ex marinis hauſta liquoribus/dulceſcit/ſolis ardore in aera decocta. ¶ Tertia. Putredini obnoxia eſt/ob ſuã (quã ex ſolis decoctione cõquiſiuit) ſubtilitatẽ: Putrefacta autẽ generat vocis raucedinẽ ac febres. At cõſeruat a putredine/in ciſterna bene lota. ¶ Quarta ſalubrior eſt cæteris aquis. ꝙ minus ſit humida ob admixtam terreſtreitatẽ/habeatq; quiddã ſtipticitatis: Illa quidẽ præcipue (Authore Auicenna) quæ æſtate delabit. ¶ Quinta ſalſedinẽ interdũ cõtrahit/ꝓpter exhalationem vapori permixtam. ¶ Sexta pluuia aliquãdo plus ſolito inſpiſſata. nimioq; calore intenſa. fit ad modum ſanguinis & rubea & ſpiſſa. ꝓpter igneũ nubibus mixtũ: Vnde vulgo tũc credit ſanguinem pluere. ¶ Septima. cũ pluuia decidũt interdũ ranũculæ/vermes & piſciculi: Tum qa cũ vapore aqueo ſimul eleuat materia viſcoſa. quæ ꝑ virtutẽ ſolis in talia animalia trãſmutari poteſt: quãdoquidẽ ſpontaneã habẽt generationẽ. Tum quia vehemẽs ventus ſimul cũ humore talia animalia ſuſtollere poteſt. ¶ Octaua. Pluuia nõ lõge in viſcera terræ intrat. Seneca li. iiii. Ego (inqt) tã diligens vinearũ foſſor/affirmo: nullam pluuiã eſſe tam magnã. quæ terrã vltra decẽ pedes in altũ madefaciat: Omnis enim humor/intra primã cruſtam conſumit. ¶ Nona. Pluuia terras aptiſſime irrigat. Eſt eni vt flumẽ diuinæ ꝓuidentiæ. qua prouidet vegetabilibus. vt moderate humectent: & quaſi Clepſydra irrigent/aqua guttatim e ſummo labẽte: quæ ꝑ fluuiorũ lacuũq; exundationẽ magis obruerent/q̃; humore irriguo fouerent. ¶ Decima. In Orientis partibus raro pluit. niſi magna cũ inundatione. ros vero ibidẽ groſſior. frugibuſq; ferendis efficacior eſt. At in Europa tam frequẽter pluit. vt hinc torrentes. fluminum inſtar/decurrant. Sol enim in oriẽte ob ꝓpinquitatẽ ardentior eſt vaporẽ itaq; interdiu magis diſpergit q̃; in Europa. ¶ Vndecima In Aegyptiacis Thebis/ſi in æſtate largiores pluuiæ fundant. plu-

rimi enaſcunť mures. Nam & hæc animalia ſpontaneã ſortiunť generationẽ. ¶ Duodecima. Tempore pluuiæ piſces impinguantur. Vnde & ſupnatare, pluuiæq; applaudere videnť hiãtes atq; ludẽtes.

Septem ad huc pluuie ſigna

¶ Præter ſigna Virgiliana futuræ pluuiæ alia adhuc extant

¶ Primũqdẽ rubedo cœli matutina. Iuxta illud vulgare Diſtichon:

Nocte rubens cœlum, cras indicat eſſe ſerenum:

Si rubet in mane tempus ſignat pluuiale.

¶ Secundũ pallor Solis & Lunæ. ¶ Tertiũ. Defectus roris, in tpe roribus apto. ¶ Quartũ. Cornua Lunæ obtuſa & magna in nouilunio. ¶ Quintũ. Raritas ſtellarũ nocte apparentiũ. ¶ Sextum mutatio vẽtorum. quæ ex nubiũ curſu certiſſime dinoſcit: Nubes enim ventis agitanť. ¶ Septimũ. Humectatio lapidũ vel parietũ. ¶ Extãt ꝓculdubio ſigna adhuc plura apud nautas atq; agricolas, longa potius experientia q̃; vlla ratione perſpecta.

SECVNDI CAPITIS NOTE.

¶ Serenitas, eſt a nubibus: aeris puritas.

¶ Tranquillitas vero: eſt in aere fluctuantiũ ventorũ vacuitas.

SEcundũ caput cõtinet cauſas roris & pruinæ eorũ generationes. tres eorũ differentias: & duas cõueniẽtias. Et præter litteræ ſentẽtiã roris & pruinæ accidẽtia. ¶ Roris & pruinæ cauſæ. Efficiẽs: ſol & aſtra. Materia: denſus vapor, parumq; caloris habẽs. ¶ Roris generatio. vapor q paululum de die eleuatus fuerit: ob calidi ſurſumducẽtis paucitatẽ: temperatæ noctis frigore deorſum ducitur atq; in aquã ſoluit. qui in aquã verſus: ros dicitur. Fit enim: cũ non fuerit æſtus ſurſum ducens & exiccans: neq; frigus cõſtringẽs & gelans. Et ꝙ gignať prope: ſignum eſt: quia tum nõ longe ſuſpendiť vapor.

Ros

¶ Pruinæ generatio. fit vt ros: ſed priuſq̃; vapor in aquã verſus cernať: gelať. Et fit hyeme, magiſq; hyemalibus locis. ¶ Tres roris & pruinæ differentiæ.

Pruina

¶ Differūt primo. quia cum fit ros: vapor non gelatᷣ. quod facta pruina contingit. ¶ Secūdo. ros temperiē requirit: pruina autē non/ſed frigoris lapſum. Tertio. quia ros fit flante Auſtro/ & nō Borea (niſi in Ponto: vbi oppoſito fit modo) nam Auſtrini flatus temperiē parant: Boreas hyemem. Eſt enim frigidus/ & ſuo frigore exhalationis caliditatē extinguens: præterq; in Ponto. vbi Auſter diſtans temperiem facere nequit. Boreas autem illic ꝓpter frigiditatē/ Antiperiſthaſim faciens (quæ contrariorū circūſtantia eſt) calidum congregat & magis euaporat. Hinc fit vt in exteris locis id etiam ꝑcipiatᷣ. & putei flante Borea plus effumēt/ halentq; q̄ flātibus Auſtris. Sed Borealia extingunt antequā conſtent. Auſtri autem cōgregare ſinunt. Et pruina ecōtra fit magis flante Borea. ¶ Duæ conuenientiæ. Conueniūt primo. quia ambo fiunt tempore ſereno/ & tranquillo. Non exiſtēte enim ſerenitate vapores apti eleuari nequeūt. & flante vento conſiſtere nō poſſunt. ¶ Secūdo. quia ros & pruina in altis montibus nō fiunt. Primo quia vapor (ex quo gignuntur) denſus eſt & parū caloris habens: vnde poſſit in præruptorū verticē mōtiū ſuſtolli: ſed ꝓpe terrā dimittitᷣ Secūdo. quia montiū vertices vento agitantᷣ. Non cōſiſteret igitᷣ vapor: vnde illic ros atq; pruina fieret. ¶ Præter litterā/ roris & pruinæ accidētia. ros frumēta collecta putreſcere facit. Sereno fit tempore. Ex rore oues lœthalem fluxū concipiūt. Pruina plærūq; fetet. deſcendens: ſerenitatem/ aſcendens: futurum indicat imbrem.

Differunt in tribus

Cōueniūt in duobus

C

Rore ſeges collecta perit. Sunt rorida Tempe.
Rore & oues paſtæ ventre fluente cadunt.
Cana pruina olida eſt. Deſcendens ipſa ſerenat:
Sed ſi conſcendat/tempora pulla notet.

¶ In hoc capite roris & pruinæ. generationẽ. differentiáq; ac cõue nientiã explicat philoſophus/& quidẽ plane. Ideo nulla eget decla ratione. ¶ Niſi forte quis neſciat. quid Pontus ſit. Eſt quidẽ regio Septẽtrionalis Scythiæ cõtermina: a qua Euxinus mare Ponticũ no minatur. In qua olim exulauit Ouidius. Nunc aliorum quoq; dicta ciere libet. ꝓ ampliori roris cognitione.

Quid Pontus

¶ Ros (inqt Apuleius) eſt nocturnus humor/quẽ ſerenitas tenuiter ſpargit. Pruina eſt. ſi mollicies roris matutinis frigoribus incanuit.

Quid Ros

¶ Horũ generationẽ ſic decantat Pontanus.

Pontanus de rore & Pruina

At tenuis vapor ille quidem/nec viribus auctus
Necdum ſummotos habilis contingere montes
Ipſe die excitus/gelida mox noctis in vmbra
Cogitur in canas hyeme obſtringente pruinas.
Idem abit in rorem liquidum/ſitientibus herbis
Auxilium/cœlo tepido/atq; in nocte ſerena.

Sex ꝓprietates Roris.

¶ Præter roris & pruinæ ꝓprietates. quas affert Stapulenſis: Sex ad huc aliæ Roris aſſignari poſſunt. ¶ Prima. Ros dicitẽ (vt Iſidoro placet) quia rarus ſit. non groſſus. vt pluuia. Deſcẽdit itaq; ſubtiliter & quaſi inſenſibiliter in terrã ¶ Secũda. Ros ipſo imbre efficacior eſt in frugibus fœcũdandis. Gramina enim irrotata. læta præbẽt pa ſcua. Adeo ſane/vt in quibuſdam terris/tantum vna nocte recreſcat: q̃ntũ pecus præcedẽte die depaſtũ fuerit. ¶ Tertia. Ros gelidus eſt/ multũq; infrigidat. Etenĩ niſi roris ſucco reficerent herbæ & fruges cito areſcerẽt ꝓfecto/diurnoq; ſolis ardore perirẽt. ¶ Quarta. Ros pruinoſus (id eſt ros ĩ pruinã verſus) noxia eſt peſtis præcipue vitiũ: nam humorem exhaurit/& adurit folia: ita vt nec ipſa Quercus a fo liorum aduſtione/groſſicie ſua ſe tutari queat. Nocet & frugibus/ herbiſq; ac pratis. ¶ Quinta. Ros in Concham marinã deſcẽdens vertitẽ in margaritã. ¶ Sexta. Ex rore generatẽ Mãna/mel/& ladanũ ¶ Quid eſt Manna? Eſt ros herbis quibuſdã incidẽs/q coagulatẽ vt mel/& exiccatẽ vt gummi/fitq; dulcis. ¶ At quia in parua reperitur quãtitate. adulteratẽ melle & ſucco liquiriciæ. Dinoſcitẽ tamen. quia ſub albidũ eſt: & habet interius quaſdã cõcauitates/velut fauus mel,

Manna

lis.Eſt autẽ Aromaticũ/valde precioſum ac iucũdi ſaporis/ ſangui- nis depuratiuũ.Reperit in partibus Græciæ & orientis. ¶ Manna autẽ cœlitus miſſum/quo veſcebant Hebrei.xl.annis.in deſerto/fuit velut ſemen Coriandri:guſtuſq; eius.quaſi ſimilæ cũ melle.vt refert Aug.ad Ianuariũ ſcribẽs. ¶ Quid eſt mel? Eſt ſuccus roris cœleſtis quẽ apes colligũt.Hnmor ſane melleus de florũ fructuũq; ſuauitate/ in aere collectus.ſolis virtute/ſup ipſam nubiũ regionẽ aſcendit:& inde occulto mõ/rori pmixtus/iterũ in herbis frugibuſq; ac floribus reſidet/temperatq; saporẽ. ¶ In Europa quidẽ paucũ reperit mel.ꝙ aer ibi magis eſt viſcoſus ac nubiloſus/nequit ꝓinde humor ille per eum tranſire.In oriente vero aer purior eſt/deſcẽdit itaq; illic mel co pioſius.Bonitatis eius ſignũ eſt.ſi ſit odoriferũ.glutinoſum ac plu- cidum:Vilitatis vero indiciũ eſt.ſi ſtatim abrumpit/reſilitq; — Mel

¶ Quid eſt Ladanũ? Eſt ſuccus roris/cadens ſup herbã.quæ Cuſus dicit.reſudationi foliorũ pmixtus.Colligit de pilis caprarũ.eã plan tam depaſcentiũ.nam in villis ac barba earũ depẽdet. Ladano glo- riat Arabia(inquit Plinius li.xii.)Nam alibi nõ fit. niſi in Naba- thea regiõe Arabica. Syriæ cõtermina. De iis multa apud Medicos. — Ladanum

¶ Roris tres aſſignant in textu ꝓprietates.quarũ rationes breuibus coniectare libet. ¶ Prima. Seges rore collecta perit ac putreſcit Quia eius materia eſt viſcoſa.viſcoſum autẽ cauſat putrefactionẽ. ¶ Secũda.Ros fit tpe ſereno.Rorẽ eni tria impediũt.ardor/frigus/ & ventus ſeu tempeſtas. ¶ Tertia ros ouibus noxia eſt:ꝓpter viſco- ſitatẽ materiæ.Ex qua nõnũq; virtute aſtrorũ ꝓcreant vermes/blada corrodentes. — C. Tres proprietates roris.

¶ Tres quoq; Pruinæ. ¶ Prima fetet plerũq;:ob cõ mixtionẽ exhalationis cũ vapore. ¶ Secũda deſcẽdens eſt ſignũ ſere nitatis:quia materia diſpeſcit a ſolis ardore. ¶ Tertia, Aſcendẽs plu uiam denunciat.Eo ꝙ materia eius tranſit in nubem. — Tres quoq; Pruinæ

TERTII CAPITIS NOTE

¶ Ephemerus/ quotidianus: vnins diei.

TErtiũ caput continet cauſas niuis. eius gene rationẽ.& vnã cõuenientiã. & præter litteræ ſententiã accidẽtia niuis. ¶ Cauſæ niuis. Cũ prædictis eædem ſunt. ¶ Niuis generatio. Nix generat: cũ nubes(priuſq̃3 in humorem ſtillet) congelat. Et hoc eſt frigiditatis regionis(in qua fit) — Nix

ſignū/& tpis. Nō enim cōſtringeret̃ ac gelaret̃ :multa exiſtente caliditate & nō ſnperuincente frigore. debet tamē aliquid caloris eſſe: nubem eleuare ſufficiens.

Ros ad pluuiā vt pruina ad niuem.

¶ Conuenientia. Conueniunt pluuia/ros/pruina/& nix. Nam fiunt ob infrigidationē omnia. Et pluuia & ros ſunt idē. & pruina & nix / idem: ſola paucitate & multitudinē diſtātia. Nā pluuia ex multo vapore/ multis locis/& multo tempore collecta: generat̃. Ros ex pauco vt Ephemero vapore. Et pruina ex gelato vapore. Nix vero ex gelata nube. ¶ Præter litteræ ſententiā quattuor niuis accidentia. Nix nimiū albet: fortiter viſum diſpergēs. p flocculos cadit. Meſſem auget Semper in altis ſaluatur montibus.

Ephemrro .i. diurno.

D

Candida nix nimium: tu fundis acumina viſus.
Tu cadis vt floccus. Meſſibus apta venis.
Hiſmaron/& Rhodopen/& Caucaſon/Othrin/& Al/
Præruptos montes tu ſine fine tegis. (pes.

¶ De Niue pauciſſimis agit philoſophus. q̄ eiuſdem eſt cū cæteris (modo dictis) naturæ. nec omni tpe. nec vbiq̄ naſcit̃. ¶ De qua ſic ſcribit Apuleius. Niuē autē colligi iactatione denſarū nubium cōſtat. Nam priuſq̄ in aquā defluant/fractæ ac diſciſſæ/ſpumas agitatiōibus ſuis faciūt. & mox gelatus humor rigore frigoris inhorreſcit victiſq̄ nubibus/crebrior ad terram venit. Pontanus item eius generationē hunc in modum carmine expreſſit.

Apuleius de Niue.

Pontanus

Aſt vbi defluxit calor omnis/& omnia circum
Horreſcunt hyeme/& ſolem loca iniqua negabunt/
Concreſcunt gelido nubes e frigore/& vna
Coguntur/motæq̄ loco/atq̄ e pondere preſſæ
Deſcendunt paſſim tractæ/cæſimq̄ rotatæ
Ac niuibus iuga ſumma tegunt/& ad ima feruntur
Albentes/quoniam albeſcit concretus aquarum
Humor/& admoto/q̄ primū ardore liqueſcunt.

¶ Quatuor aſſignant in textu, niuis ꝓprietates. quarũ cauſam ꝑqui rere cõuenit ¶ Pria. Nix nimiũ albet. viſum diſpergẽs. Alboris cauſa eſt frigus. Candor autẽ nimius icit oculos, offenditq; viſum, tãq; ſenſibile excedẽs ꝓportionẽ ſenſus. ¶ Secũda. Nix cadit vt floccus Quia eius materia eſt aliquãtũ viſcoſa, ideo ſibi partes coherẽt, raræ quidẽ, vt flocculi vellerũ. Eſt aũt floccus exigua lanæ portio, quæ dumetis heret, dum ꝑ illa trauſeunt oues. ¶ Tertia. Meſſem auget nix. Quia ſua frigiditate claudit poros terræ, ne calor, quo ſemina intus fouenť, euaporare poſſit. ¶ Quarta. In altis mõtibus ꝑpetua eſt nix: Propter defectum caloris q liquefaceret niuem. Contigui ſunt enim montiũ vertices, mediæ aeris parti, quæ ſemper frigore rıget.

Quattuor ꝓprietates Niuis D

¶ Præter has, adhuc alie. xiiii. aſſignari poſſunt. ¶ Prima. Nix non rotundať, vt grando: quia nõ cadit tam ſolida ſed fuſa. ¶ Secunda Nec tranſlucet. vt glacies: quia ex paruiſſimis & innumeris fit minutiis, quæ nõ coherẽt, præferũtq; candorẽ. Authore Seneca li. iiii.

Quatuordecim adhuc aliæ niuis ꝓprietates.

¶ Tertia. In Olympo monte nõ reperitur nix, ſicuti nec ventus, nec pluuia. ꝙ mediã aeris regionem vertice ſuo tranſcendit. ¶ Quarta. Niues ꝑ totũ annũ cõſeruari poſſunt, ſub terra paleis coopertæ: Ad miſcendũ quidẽ vinũ in æſtate calida & ad infrigidandũ circa egrotos aerẽ. ¶ Seneca li. iiii. Vnguẽtarios vrbe expulere Lacedæmonii, qa oleũ diſꝑderẽt. Quid illi ſi vidiſſent, reponẽdæ niuis officinas? cuius colorẽ ſaporẽq; paleis, quibus cuſtodiũt, inquinãt. At dii boni ꝙ facile eſt. extinguere ſitim ſanã: ſed quid ſentire poſſint emortuæ fauces. & occalatæ cibis ardẽtibus? Quãdiu ſanus & ſalubris cibi capax eſt ſtomachus. Impleturq;. nõ premiť. naturalibus fomentis cõtentus eſt: Vbi quotidianis cruditatibus obruiť, non tpis, ſed ſuos ſentit æſtus: vbi ebrietas cõtinua viſceribus inſedit, & præcordiale in qd' vertiť, torret aliquid neceſſario quæriť, quo æſtus ille ftangať. Vnde ad hoc peruẽtũ eſt, vt nulla aqua ſatis frigida videať, quæ fluit Itaq; nõ æſtate tantũ, ſed media hyeme niuẽ hac cauſa bibũt. Sed ne niue contenti ſunt, Glaciẽ, velut certior illi ex ſolido ſit rigor, exquirunt, ac ſæpe repetitis aquis diluũt. ¶ Quinta ꝓprietas. Nix hyeme fit, potiſſimũ. Quia ex frigiditate tpis guttæ anteq; groſſæ fiant cõſtringunť in niuem. Rigeſcit itaq; vapor cõcreſcitq; in niuẽ, anteq; in aquã tranſeat. ¶ Sexta Nix frigidior eſt quã aqua, ſed minus humida: primũ ex dictis liquet: ſecũdũ patet qa rigore frigoris humor niuis occultať. ¶ Septima. Aqua niualis, dentibus, neruiſq; & cerebro nõ cõuenit: quia ea mẽbra in ſe frigida ſunt. ¶ Octaua Nocet ieiuno ſtomacho aqua niuis, quia rigor eius percutit ſtomachum

Seneca de niue repoſita i æſtate

F

¶Nona cõtractionẽ facit membrorũ: In ſenibus qdẽ Paralaſim & Spaſmũ. ¶ Decima. Aqua niuis poſt cibum ſumpta/bonũ facit ap petitũ. Cõfortat enim ſtomachum/vt bene digerat/ſi paulatim hau riatur. ¶ Vndecima. Nix in æditiſſimis montibus in Cryſtallum ri geſcit. Nam calor ſolis. propter craſſitudinem aeris ex craſſa mõtiũ euaporatione/niuẽ abſumere/aut liquefacere nequit. ¶Duodecima Nix mollior eſt quã pruina. Quia nix habet caliditatem vaporis ad mixtam. Vnde dum ningit. frigus aeris aliquantulum remittitur. Duricies autẽ pruinæ eſt ex frigiditate loci & temporis/ ſiccaq; ter/ reſtreitate cõmixta. ¶ Decimatertia. Reſolutio niuis maiorẽ facit inundationẽ q̃; pluuia: Quia tpe niuis/pori terræ clauſi ſunt/ quare aqua reſoluta nõ abſorbet/vt aqua pluuiæ. ¶Decimaquarta. Circa æditiores mõtes ſæpe cũ in valle pluit/in vertice ningit. Quia circa iugũ mõtis/aer gelidus/vaporẽ cõgelat/anteq̃ in guttas aquæ ſoluat ¶Sed queſtio eſt Quare vertex frigidior eſt valle/cum tamẽ ſit Soli propinquior. ¶ Propter tria. ¶ Primo. quia aer quãto eſt altior/tãto ſubtilior. At rarior aer non eſt tam receptiuus caloris. vti craſſior in imo. ¶ Secũdo quia magis multiplicanẽ radii in conuallibus quã in cacumine. Nam in vallibus reſiliendo ſeſe percutiunt/ generant ꝓinde vehementiorẽ calorem. ¶ Tertio. Quia omnis euaporatio/ quãto eſt ſuæ origini ꝓpinquior. tanto eſt calidior: Hiatus autẽ ſiue ex terra ſiue ex aqua eductus. ꝓpior eſt ſuo principio/in valle q̃; cul mine montis. igitur & calidior. ¶ Seneca item li. iiii. ſic reſpondet Qui dicit altiorem montem/quia Solem propius excipiat/magis ca lere debere: Idem dicere poteſt/longiorẽ hominẽ citius quã puſillũ debere calefieri. & caput eius q̃; pedes. At quiſquis mundũ menſura ſua eſtimauerit. & terram cogitauerit tenere puncti locum: intelliget nihil in illa poſſe ita eminere. vt cœleſtia magis ſentiat/velut in pro pinquũ illis acceſſerit. Mõtes iſti/quos ſuſpicimus & vertices æter/ na niue obſeſſi/nihilominus in imo ſunt. ¶ Et propius quidẽ Soli mons/q̃; campus/aut vallis. Sed ſic/quomõ eſt pilus pilo groſſior/ & arbor arbore/& mons monte maior. Inter puſilla enim nõ poteſt eſſe magnũ diſcrimen/niſi dum inter ſe cõparanẽ: vbi ad collationẽ immenſi corporis ventum eſt/nihil intereſt/ quantũ ſit alterũ altero maius. Excelſi ſunt montes/quã diu nobis comparanẽ. Avtero vbi ad vniuerſum reſpexeris/manifeſta eſt omniũ humilitas.

Queſtio de frigore montium.

Reſpõſio Senecæ

QVARTI CAP. NOTE

¶ Antiperiſthaſis/cõtrariorũ circũſtantia ¶ Pontus/ regio ad Boream. eſt & id mare quod a palude Meo/ tide vſq; in Tenedũ ꝓtendit. ¶ Labroceræ/nimbi.

Quartum cap. continet duas queſtiones. anti quorũ reſpõſiones. earum improbationes: ſecũdæ tribus ratiõib9. & ꝓprias ſolutiões ¶ Prima queſtio. vbi generetur grando.

¶ Dixerũt ſurſum generari. & aquã ob ſtillarũ paruitaté ſuſpẽſam manere in aere (quẽadmodũ contingit aurũ/& plæraq; terrea corpora ob molis paruitatem/ aquæ ſupnatare) & illic cõgelari. & poſtea cõgregata multa ſimul: cadere grãdines. Sed hoc eſſe nõ põt. qa congelata copulari nequeũt: quemadmodũ humida. E

¶ Secũda. quo tpe magis generet grando. Et videtur hyeme. Nã grãdo eſt vt cryſtallus. Fit auté cõgelatio hyeme. maxime tamẽ vere apparet & autũno/ tpe fructuũ: & trãquillioribus locis. ¶ Dixerũt magis æſtate fieri. Et cũ nubes ad tãtæ altitudinis aeré puenerit/ q maxime ſit frigidus: quia ſolariũ refractioné radiorũ nõ amplius ſentiat: illic aquã gelari/fieriq; grandiné. & hoc maxime æſtate euenire cõtingere: quãdoquidẽ copioſus ſit calor/nubes eleuare & ſurſũ pellere ſufficiés. ¶ Sed neq; hi recte ſentiũt. Primo. Nam in valde altis locis nõ fit grãdo: Videremus enim eam (quẽadmodũ & niuẽ) aliquãdo in ipſis genitã. ¶ Secũdo. qa ſæpe viſæ ſũt grãdinoſæ nubes cũ ſono nõ lõge a terra delatæ: q horroré & metum audiẽtibus & videntibus ingerebat terribilem: tãq; aliquo alio maiore futuro. ¶ Tertio. qa aliqñdo miræ magnitudinis cadit grãdo:

Quo tpe generatur grando

F

omnimodam gerẽs figurã & nõ rotundã. Signũ igit̃
ẽſt ex non valde alto loco ruere/ neq; in valde alto ge
Antipe-riſthaſis vehemẽ-tiã auget — nitã eſſe. ¶ Primæ queſtionis ſolutio. Antiperiſthaſis
(quæ eſt cõtrariorũ circũſtantia) ipſorum auget vehe
mentiã. & hinc fit vt æſtate inferiora loca frigida ſint
& hyeme calida. quare æſtu valido exiſtente: media
aeris regio frigidior eſt/ſuis circũdata cõtrariis. Et ex
nube citius aquã eliquat & groſſiores guttæ(quas la
broceras dicimus)fiunt:quæ impetuoſe & totæ ſimul
decidũt ob cõgelationis celeritatẽ. Ita circũſtãte con
trario fiunt guttæ labroceræ/ quæ(priuſq̃z decidant)
gelant̃: quæ cõgelatæ/ grandines dicunt̃. Et quando
ꝓpinquius fiunt: maiores apparẽt/ qa paruo ferant̃
interuallo. quãdo vero remotius: minores atq; rotũdæ
Tempus grãdinis Ver & Autumnus — ¶ Secũdæ. Minus æſtate & hyeme q̃z vere & autũno
& fructuũ maturatione. quia ver/& autumnus/& ma
tureſcentiũ fructuũ tempus/calidũ ſatis eſt & humidũ
vt vapores eleuentur/ & Antiperiſthaſis fiat. Adde ꝙ
quãdo vapor eleuari ſufficit tp̃e calido: medius aer ex
cõtrariorũ circũſtantia valido cõcepto frigore: vaporẽ
citius gelat. Multi enim cito aquã infrigidare volẽtes
Primũ eam ad ſolem ponũt. Et in põto circa calamos
aquã calidã fundũt. vt illic citius gelet̃. Vtunt̃ enim
in piſciũ captura glacie vt plumbo: vt calami quieſcãt
Et hac ipſa de cauſa circa Arabiã & Aethiopiã æſtate
ingraueſcũt imbres/& inde frequẽter: & nõ in hyeme
G — ¶ Præter litteræ Ariſtotelis ſententiã grandinis quinq;
accidentia. Deorſum per globos ruit. vt Cryſtallus.
Meſſem enecat. Interdum cum ſono & ſtrepitu audit̃.

ꝛ aliquid pariter ... & parit ...

Cũ pluuia cadit. Multimodæ exiſtit figuræ: aliquãdo hominum/aliquando ferarũ effigiem retinens.

Grando globum vitrei Cryſtalli imitata: deorſum
 Decidit. & vitem ſtrataqꝫ farra necat.
Horrendoqꝫ ſooo mortalia pectora terret
 Nubis: & euentu deteriora rata.
Mixta ruens imbri. variis formata figuris.
 Et faciem viſa eſt ſæpe habuiſſe feræ.

¶ In hoc capite agit philoſophus de vltima impreſſionũ aquearum quæ in aere generantur. Quarum ſunt omnino quinqꝫ: pluuia quidẽ nix & grãdo mediæ regiõis: Ros vero & pruina infimæ. Precipue autem hic de tempore grandinis diſceptat philoſophus. propter opinionum diuerſitatem tollendam. Impreſſiones aque æ i aere qnqꝫ

¶ Quid eſt grando? Eſt glacies ſuſpenſa (vt inquit Seneca) Nam grando (ait Plinius) conglaciato imbre gignitᷣ. At ſecundũ Iſidorũ Grando a granorũ ſimilitudine dicitur. ¶ Differunt tamen Grando & Granula. Grando enim magis ad lapidis formam induratur. Granula vero niuis molliciẽ magis imitantᷣ. Cadũt frequẽter in Martio & Aprili. Sunt deniqꝫ parua grando. Quid grã do. Differt a granulis.

¶ Prima Opinio. duo habet incõuenientia. ¶ Primũ. Guttas grandinis tam paruas eſſe. vt per aera deſcẽdere nequeant. Id ſane falſum eſt. quoniã ex maioribus generatᷣ grando ꝙ pluuia. Ex nimbis enim congelatis fit grando. ¶ Secundũ. Guttas cõgelatas adinuicẽ cõtinuari. Id quoqꝫ falſum eſt. Nam quæ cõtinuantᷣ adinuicẽ. humida ſunt & fluida/quod de cõgelatis dici neqᷓt. ¶ Secũda quoqꝫ opinio duo/extra textum/habet incõueniẽtia. ¶ Primũ. Grandinem eſſe vt Cryſtallum. Non eſt enim omnino/vt Cryſtallus. Hæc enim fit per diuturnã cõgelationẽ/a frigore p ſe/non circũſtante calido: ex niue ppetua inacceſſarum rupiũ. Grando autem fit per repentinam congelationem/a frigore non per ſe/ſed aucto per Antiperiſthaſim. Prima opinio inconueniens E. Secunda quoqꝫ incõueniẽs eſt. F.

¶ Secundũ. Grandinẽ frequẽtius fieri in æſtate quã in Vere. Quod ita non eſt. Nam vehemẽs æſtatis calor/aut vaporem anteqᷓm ſuſtollatur conſumit/aut diſpergit ſane/ne in tam denſam cogatur nubẽ/ ex qua fit grando. ¶ At Ver temperate calidũ eſt/multoſqꝫ humore ſuo reſoluit vapores. Ideo aptius eſt tempus Veris grandini quam Aeſtatis/fiũt tamẽ & æſtate grãdines/ſed nõ ita crebro/vt in Vere.

G

Quinq; ac cidētia grā dinis

¶ Quinq; in textu aſſignantur Grandinis accidētia. Quorū cauſas ſubiungere decet. ¶ Primū. Per globos ruit. vt Cryſtallus. Eſt enim grādo aqua cōglaciata. At Cryſtallus græce (vt multis placet) latine glacies interpretat̄. ¶ Secundū. Meſſem enecat. Nam ſua frigiditate mortificat vegetabilia duricieq; ſimul ac impetu cōquaſſat.

¶ Tertiū. Interdum cum ſono & ſtrepitu auditur. Nam ipſa nubes multas includit exhalationes calidas. quæ ꝓpter frigus exitū quærūt & latera nubis impetūt/ franguntq;: fragorē itaq; ædunt. ¶ Quartū Cadit cum pluuia mixta. Quia interdum ima pars nubis reſoluit̄ in aqueas guttas. quæ ob frigoris debilitatem non congelant̄/ cadunt itaq; vt pluuia. At ſuperioris nubis guttæ ꝓpter intenſum frigus ge- lantur/ Inferioreſq; cum impetu ruendo aſſequunt̄/ deſcendunt itaq; ꝑmixtim. ¶ Quintū. Multimodæ exiſtit figuræ: propter cæleſtes ſane conſtellationes/ quæ tunc dominant̄/ effigiemq; tali materiæ imprimūt.

Alia ad huc Nouē

¶ His annumerari poſſunt adhuc alia nouē. ¶ Primum. Grando magis fit in vere q̄; Autumno. Nam Ver propter hyemem præuiā magis humet. Autumnus autē magis aret. ꝓpter ſiccitatem æſtatis. Requirit̄ vero multus vapor humidus & calidus ad grandi- nis generationē. ¶ Secundū. Grando interdiu ſæpius fit quā noctu: frigiditas enim noctis/ calidum vaporem nō ſuſtollit in mediā aeris regionem. ſed in ima potius ipſum/ aut in rorem/ aut pruinam cogit ¶ Tertium. Grando niue celerius in aquā reſoluitur. Quia nix con gelatur anteq̄; in guttas aqueas vapor tranſierit. Habet itaq; plus de ſiccitate/ viſcoſitateq; materiæ/ q̄; grando. quæ eſt aqua cōgelata. ꝓ- inde diutius permanet nix quā grando. ¶ Quartum. Grando turbi- dior eſt glacie. Nam fit ex vapore in guttas ſoluto. Glacies vero ex pura aqua. Aqua autem purior eſt vapore terreſtreitate permixto.

¶ Quintū. Grando per ſe generatur in medio ſpacio mediæ regio- nis/ per accidens vero in inferiori ſpacio eiuſdem. Requirit enim in- tenſum frigus. Quod certe eſt per ſe in medio. In extremo autem per accidens. ſi ſuperne multus calor frigus deprimat. ¶ Sextū. Grando altius delapſa/ minoratur atq; rotūdatur: Quia dum impetuoſe ruit/ aeris cōtactu atterit̄/ eminentiores itaq; partes deradūtur. globaturq; ſic grando. ¶ Septimū. Grando ex ꝓpinquo delapſa magna deſcē dit/ non globata/ ſed lenticularis angulariſq;. Sic enim nō atterūtur latera eius. nec longo lapſu minuitur. ¶ Octauum. Circa æditiores mōtes/ maiores decidunt grandines. Nam & frigus illic eſt intēſum & ſpacium per quod cadunt/ haud longum. Ferūt itaq; in Alpibus videri perſæpe grandinis lapides/ ouorum & figuram & magnitu-

dinem imitatos: qui ipſum cum grege paſtorẽ (ni præcaueat tectũq; aut antrum ſubintret) conquatiant perimantq;. ¶ Nonum. In Grandine viſuntur ſæpe/ pulueres/ pili/ frondes/ & paleæ. Poſſunt enim talia cum vapore extolli, aut aſtrorum attractu/ aut venti impetu. ¶ Quare autẽ rotunda ſit grando (inquit Seneca) & ſine magiſtro ſcire poſſis/ cũ adnotaueris/ omne ſtillicidiũ glomerari. Quod & in ſpeculis apparet/ quæ humorẽ halitu colligunt. & in poculis ſparſis/ aliaq; omni leuitate. nõ minus foliis ſiquæ guttæ adheſerũt i rotũdũ iacẽt. ¶ Grãdinis generationẽ ſic explicat Põtanus. in li. Meteororũ

Pontanus de Grandine.

Ac primum, vt gelido creſcunt humore liquentes
Cryſtalli/ quas poſt frigentia rupibus antra
In denſum cogunt/ guttiſq; rigentibus anni
Et longo durant labentia ſæcula curſu.
Sic rigido compacta gelu/ per inania grando
Cogitur/ & ſtricto concreſcunt frigore guttæ:
Pondere mox tractæ/ frangunt ſe/ & ad ima feruntur.
Ipſa igitur grauitate ſua/ ac ſub mole dehiſcens
Prona cadit/ ſæpe ingenti demiſſa fragore:
Quandoquidem ſublime ruens/ frangitq; feritq;.

QVINTI CAP. NOTE.

¶ Meotis/ Scytharũ maxima palus: in pontũ defluẽs
¶ Pernaſus/ Phocidis mons biceps: in quo Caſtalius muſis fons ſacer exiſtit

QVintũ cap. cõtinet vnã cõcluſionẽ/ vnam de generatione foutiũ & fluuiorũ opinionẽ. & eius impugnationẽ. fontiũ & fluuiorũ generationẽ. & duo ſigna. ¶ Cõcluſio. Expedit de fluuiis & ſpiritibus aliqua determinare. ¶ Nam de his ab antiquis nihil dignũ relictũ eſt. Dixerunt enĩ aliq ventũ: aerẽ eſſe agitatũ & fluentẽ. & idẽ eſſe nũc aerem/ nũc nubem/ nunc ventum. quia cum quieſcens fuerit: vocant aerem. cum denſus & multæ craſſitudinis: nubẽ. & cum motus: ventum. Et omnes ventos eundem eſſe ventum/ ſapiẽter credũt affirmare. Sed accidit multos

Ventũ eſſe aerẽ agitatum

vel ſine inquiſitione ſatius ſic inquirentibus dicere. De ventis auté poſtea exquiſitã facturi ſumus determinationé. quid ſit/ quomodo fiat/ quid moueat/ vtrũ fluat quemadmodũ ex vaſe: quouſq; totum fuſum ſit. aut ſicut ex vtribus emiſſum: vt pictores effingunt. Et de aquis cõſimiles pene habuerũt determinationes.

H

Opinio falſa antiquorũ.

¶ Vna de fontium & fluuiorum generatione opinio: Dixerunt fluuios fieri multa aqua a ſole eleuata: & iterũ in terræ magno aliquo vetre cõgregata. a quo ef fluũt oés/ aut alius ex alio: colligiturq; i terræ ſuſceptaculis hyberno tempore hæc aqua. Et hinc fit vt fluuii & fontes æſtate q̃z hyeme maiores exuberẽt. Et horũ fluuiorũ hos perpetuos aſſerũt: quorum ſuſceptacula multam copiam colligunt: & quæ non prius deficere poſſint q̃z ex hyeme nouos imbres & nimbos recolligunt. Hos vero non perpetuos: quorũ aluei & receptacula paruã continent aquã: & quæ deficere poſſit: priuſq̃z ex hyeme nouos recuperent imbres. ¶ Sed quomodo ex ſuſceptaculis terræ naſcerent aquæ/ quæ per annum decurrere videntur. cũm magnitudine & mole: ipſius terræ ſuperent magnitudinẽ? ¶ Fluuiorũ & fontiũ generatio.

Vera fluuiorũ & fontium generatio

Sicut ſuper terram ex aere/ ſuperante frigiditate/ fit aqua: ita & in terra eandẽ ob cauſam ex aere fit aqua/ & continue quidem: quæ facta erũpit. Et ſicut ſuper terram ex multis paruulis ſtillis aliis tandem coeuntibus crebrior colligit aqua/ fitq; aquæ multitudo: ſic in terra ex paruis colligitur. Et primo fiũt ſcaturigines/ in principiũ fontis aut fluminis conuenientes.

¶ Duo ſigna. Primũ. aquæ ductus parãtes nõ longe defoſſa humo aquam reperiũt: terra itidem a ſummo veluti ſudante reperta. ¶ Secundũ. Quia ex magnis montibus maximi fluuii & ſtagna oriuntur: ꝙ libere omni ferme ex parte aerea attingant loca. quæ vt ſpõgioſa/fiſtuloſaq; ſuſpenſa. multis ex locis concipiunt atq; ꝓducũt aquã. In planicie autẽ cãpeſtri rari fluũt admodũ. In Aſia enim ex pernaſo ad hyemalẽ orientem mõte maximo effluũt Bactrus/Coaſpis/Indus & Araxes: cuius pars Tanais/in Meotidem effluit paludem. Et ex Caucaſo maximo monte ad æſtiualẽ orientem (q ob ſui præruptã magnitudinẽ a nauigantibus in imis ſtagnis videt᷑. & cuius ſummitates ad tertiam noctis partẽ a ſole illuſtrant᷑) effluũt plurimi & maximi/& Phaſis. Ex Pyreneo ad occidẽtẽ Aequinoctialẽ in Celtica effluunt Iſtrus & Tarteſſus. Iſtrus quidem per totã Europã in mare Euxinũ. & Tarteſſus extra colũnas. Ex Aethiopicis montibus: Egon & Niſes & Cremetrius. Ex Pindo: Achelous & Inachus. Ex Scõbro: Strymon/Neſtus/& Hebrus. Ex argenteo mõte Nilus. Ex Rhodope/plurimi. Sed qui adducti ſunt: teſtimonii gratia ſufficiant. Abſonum igit᷑ eſſet exiſtimare vnũ terræ ventrẽ: ex quo omnes educant᷑ fluuii. Et neq; quidẽ recipere ſufficeret: neq; ipſas nubes. Et fiunt hũc in modũ fontes. Et ſunt ſub terra vt quædã ſtagna ex ſcaturiginibus in vno loco collecta: nõ tãta vt aliquid accidat incõmodi. ¶ Et eſſe huiuſmodi ſubterraneos meatus & aquarũ voragines hinc ſumitur indicium: ꝙ ſæpe loca abſorbent᷑ cooperiẽte aqua. vt

Ex magnis montibus magna flumina.

Caucaſus maximus mons

Iſter maximus fluuius Europe

Eſſe ſub terra aquarũ voragines

circa Peloponeſum & Arcadiam ſæpius accidit. Circa Helladem vero raro. Et ſub Caucaſo ſtagnũ eſt (qđ illic vocant mare) quod plurimi & magni ingrediunť fluuii, apertum egreſſum non habẽtes: quos dehiſcẽs deriuat ſub terra circa ꝓfunda ponti. Vbi nullus qui vnquã deſcenderit: potuit ſatis ꝓfunditatis terminum rimari. Et hinc diſtantia trecentorũ ſtadiorũ aquam potabilem reddunt terræ. Et circa Liguſticam: fluuius nõ minor Rhodano (qui fluuius eſt pernauigabilis) abſorbetur. Indiciũ igitur ſufficiens eſt terrã lacunas & aquarũ voragines continere.

¶ Poſteaq̃ philoſophus docuit, quomõ in ſublimi generanť aquæ Nũc de aquis quæ in terra generanť & circa terrã exiſtũt, agere inten dit. Primũ quidẽ de aquis dulcibus, de marinis deinceps. In hoc igiť capite fontiũ, fluuiorũq; generationẽ enarrat. multiſq; declarat exem plis. potius. q̃ rationibus

Spiritus varie accipitur

¶ Spiritus corpus eſt ſubtile & rarum, quale eſt Ventus: Hinc venti ſpirare dicuntur: Homineſq; reſpirãt. dum aerẽ attrahunt, retrahũtq;. ¶ Ea quoq; in animalibus corpuſcula, quæ animæ potentiis ad ope rationem ſubſeruiunt, ſpiritus dicuntur. qui vbi exhauſti fuerint, de ficiunt potentiæ. Hinc ſenibus hebet viſus, languet motus, deficiť vegetatio. Eo ꝙ in ipſis deficiunt ſpiritus, ſenſitiui, motiui atq; vita les. ¶ Tranſſumiť inde ſpiritus. pro anima rationali. angelicaq; ac incorporea ſubſtantia: quia non ſenſu percipiunť vt corpora craſſa ſicuti nec aer. nec ventus viſu cognoſcunť. Hic itaq; pro vento philo ſophus ponit ſpiritum.

Opinio antiquorũ de fluuiis.

¶ Antiqui credebant æſtate q̃ hyeme maio res eſſe fluuios. Ideo ſane quia Hyeme colligiť in terræ receptaculis, tunc pene exhauſtis: repletis autem eiſdem per hyemem, exuberãtius fluunt in æſtate.

H Reprobatio.

¶ At longe aliter accidit. Nam in æſtate calor ſolis plus aque fluuialis conſumit. q̃ in hyeme. Et contra. In hyeme plus aque pluuialis ac niualis fluminibus accedit, quã in æſtate: Ideo ex cauſis quidem extrinſecis, fluuii maiores ſunt hyeme quã æſtate

¶ Verumtamẽ ex cauſa per ſe & intrinſeca in æſtate potius eſſent maiores: Quia tunc maior eſt in terra per Antiperiſthaſim frigiditas quæ vaporem aeremve incluſum in aquam cõuerteret.

Alie de fluuiis opiniones ex Seneca

¶ Præter hanc quã textus refert opinionẽ. de fluuiorum generatione
ac perpetuitate. plures recitat Seneca li. iii. Quæ cum a vero non ſint
adeo alienæ. paucis recenſendæ ſunt. ¶ Prima. Quidam iudicant
terrã/quicquid emiſerit/rurſus accipere (idẽ dicit Eccleſiaſtes primo)
Ob hoc maria non creſcere/quia quod influxit/non in ſuum vertũt/
ſed protinus reddunt. Nam tametſi aquæ fiant ſalſæ in mari/colatæ
tamẽ per multiplices terrarum anfractus in ſynceram aquã tranſeũt

Prima. Ex mari recurrere aquã ad fluuiorũ fontes

¶ Sed reuera eandem aquam numero flumina circa fontes non reci
piũt. Quomodo enim ex ponto rediret aqua Iſtri ad fontes ſuos in
Heluetia? aut ex Nili oſtiis ad fontes ob immenſam diſtãtiam igno
tos? Quare ſi eadem reuerti dicatur. Intelligi debet eadem ſpecie/nõ
numero. Nec ideo non creſcũt ex fluminibus receptis maria/ꝗ eadẽ
reddant. ſed ideo ſane. Quia quod dulce eſt/ſol cõtinue in vapores
reſoluit.

Reprobatio.

¶ Secunda. Quicquid ex imbribus terra concipit/ in flu
mina rurſus emitti. Et hoc argumenti loco ponunt. Qꝛ paucilſima
flumina ſunt in his locis/in quibus rarus eſt imber. vt in Aethiopiæ
ſolitudinibus/atq; in interiore Affrica. Squalidæ enim Arenæ raris
imbribus ſparſæ/ipſos ſitibundæ combibunt. At cõtra conſtat Ger
maniam/Galliamq;/ac proxime ab iis Italiam. abundare riuis & flu
minibus/quia cœlo humido vtuntur/ vt ne æſtas quidem imbribus
careat.

Secũda. ex imbribus eſſe fontes fluuiorũ.

¶ Hanc opinionem reprobat Seneca tribus rationibus.
¶ Prima Ego (inquit) vinearũ diligens foſſor/ tibi affirmo: nullam
pluuiam eſſe tam magnam. quæ terram vltra decem pedes in altitu
dinem madefaceret/omnis humor inter primam cruſtam conſumit/
nec in inferiora deſcendit. Quomodo ergo poteſt imber amnibus
augere vires? Pars maior eſt/quæ per fluminũ alueos in mare effert.
Exiguum eſt/quod ſorbet terra/nec id ſeruat: Arida enim abſumit/
ſatiata vero reſiduum excludit. ¶ Secunda ratio. Quædam flumi
na erũpunt ſaxis & montibus. His quid conferient pluuiæ? quæ per
nudas rupes deferuntur/nec habent terram/cui inſideant. ¶ Tertia
In ſicciſſimis locis/putei in altũ acti/ per ducenta aut trecenta pedũ
ſpacia/inueniũt aquarum vberes venas: In ea ſane altitudine. in qua
pluuialis aqua non penetrat: vt ſcias/illic non cœleſtem eſſe/ nec col
lectiuum humorem/ſed (quod dici ſolet) [illegible] aam viuam.

Reprobatio per tres rationes.

¶ Hanc tamen opinionem approbat Albertus magnus in Com
mentario ſuo. Reprobatq; dicta Senecæ/leuiterq; (qđ ab hoie illo
Germano haud mihi placet) eũ ignorãtiæ notat/ cõtra dicta eius hãc
ꝓferens cõcluſionẽ: Nec Seneca bene ſciuit naturalẽ philoſophiã.

Albertus contra Senecam

Duas rões affert

¶ Inſurgit tamē & duabus ratiōibus: Quas paucis memorare libet

Primā.

¶ Prima. Nihil generaẽ naturaliter extra locū ſuū. At locus aque nō eſt ſub terra naturaliter. ergo ibi nō generaẽ naturaliter aqua.

Solutio

¶ Hæc ratio ſi vera eſſet ꝓbaret/ & in media regione aeris/ aquā nō poſſe naturaliter generari/ quia ibi nō eſt locus naturalis aquæ.

¶ Militat & cōtra dicta Ariſtotelis/ & cōtra experimētū. quo videmus antra atqꝫ cauernas humere/ vel ſereno tpe/ ob frigiditatē terræ quæ aerē ſuſceptū in aquā cōuertit: Quid? nōne & in hypocauſtis noſtris circa cantarū aut vitrū frigidū videmus aerē in aquam ſolui? Negāda eſt itaqꝫ maior ꝓpoſitio. Nihil enim ꝓhibet/ aliquid generari extra locū naturalem. in quē generatū moueaẽ.

Secūda rō Alberti

¶ Secūda ratio. Aqua pluuialis ſubtilior eſt omni aqua alia/ ergo eſt magis penetratiua terræ/ vbi collecta & originē & ꝑpetuitatē fluminibus præbet.

¶ Confirmat experimēto. Ait enim ſe vidiſſe/ aquā pluuiæ ꝑ mōtis lapideā ſoliditatē diſtillaſſe ad centū & triginta paſſus.

Solutio.

¶ Supponit hæc ratio/ qd' alii negant. Aiunt enim aquā pluuialē cæteris eſſe impuriorē. ꝓpter terreſtreitatē vapori admixtam. Vnde & fecem in fundo vaſis collecta relinqt. ¶ Sed eſto/ ſit ſubtiliſſima & maxime penetratiua. nō tamē cōtinuo ſequiẽ/ ꝙ præbeat fluminibus & originem & ꝑpetuitatē. ¶ Quæ nāqꝫ pluuia ſufficeret/ Iſto Rheno & Rhodano fluuiis in Europa maximis. quorū fontes ſibiinuicē quā proximi ſunt? ¶ Quid/ in Aegypto multa ſunt flumina pluuiæ aūt aut rariſſimæ aut omnino nullæ. ſi & hiſtoricis & Geographis credimus. In oriēte item crebra ſunt flumina/ rariores vero pluuiæ.

¶ Magis eſt itaqꝫ rationi cōſentaneū: Aquā pluuiæ ad terræ irrigationē eſſe/ ſparſaſqꝫ eius guttas/ terræ ariditate abſumi. ſicut & guttas/ mappæ aut menſæ aſperſas: Niſi tam larga ac diuturna fuerit pluuia. quæ ꝑfecto poteſt Alueū quidē fluuii augere. at nō eius fontes. ¶ Et quō potuit Albertus experiri ſub terra per Centum triginta paſſus guttas diſtillantes ꝓuenire ex pluuia/ & nō potius ex aere ibi a frigoce montis/ aut ſaxi in aquā reſoluto? Quod & veritati & dictis philoſophi longe videẽ eſſe cōformius.

Tertia opinio. Ex ſtagnis ſubterraneis oriri flumina.

¶ Tertia Opinio. Quidā exiſtimāt/ quēadmodū in exteriore parte terrarū/ vaſtæ paludes iacent magni & nauigabiles lacus/ quēadmodum ingenti ſpacio terræ/ maria porrecta ſunt/ infuſa vallibus. Sic interiora terrarū abundare aquis dulcibus: Nec minus illas ſtagnare/ quā apud nos Oceanū: & ſinus eius in imo eo latius: quia plus terra in altū patet. Ergo ex illa profunda copia/ iſti amnes egerunt. Quos

quid miraris/ſi terra detractos nõ ſentiat.cũ adiectos maria nõ ſentiunt. ¶ Hæc opinio Nõ recte ſe habet/ꝓpter tria. Primo. quia terra ſolida eſt/nõ tam vaſtis cauernis excauata. Secũdo. Quia in paucis annis maior effluit aqua ex terra/ſi ſimul eſſet. quã vel tota ſit terra. Vbi ergo cõtineret? Tertio. Quia aquæ ſic ſub terra ſtagnãtes putridæ ſunt(vt alibi refert Seneca)minimeqꝫ tam viuidæ/vt nunc aquæ fontiũ ac fluminũ.

Reprobatio per tres rationes.

¶ Quarta Opinio. Quidã aiũt. Habere terram intra ſe cõcauos receſſus. & multũ ſpiritus/q neceſſario frigeſcit/vmbra graui preſſus: Deinde piger & immotus/in aquã/cũ deſiit/conuertit: Queadmodum ſupra nos/mutatio aeris/imbrẽ facit: Ita intra terras riuũ agit. ¶ Supra nos ſtare nõ põt ſegnis diu & grauis. Aliquãdo enim Sole tenuat/aliquãdo ventis expandit: Itaqꝫ interualla magna imbribus ſunt. ¶ Sub terra vero. quicquid eſt. quod illum in aquã cõuertit/id ſemꝑ eſt. vmbra ꝑpetua. frigus æternũ. Inexercitata denſitas. ſemper præbebit flumini aut fonti cauſas. Hæc opinio Ariſtotelis ſententiæ cõformis eſt.

Quarta: Ex aere in aquã verſo naſci fluuios

¶ Adiicit præterea aliam adhuc cauſam generationis aquarũ. Omnia(inquit)ex omnibus fiunt. Ex aqua aer/ex aere aqua: Ignis ex aere. Quare ergo terra fiat ex aqua & ex terra aqua? Quæ ſi in alia mutabilis eſt. & in aquã. Imo maxime in hãc. Vtraqꝫ cognata res eſt/vtraqꝫ grauis. vtraqꝫ denſa/vtraqꝫ in extremum mũdi compulſa.

Terra quoqꝫ in aquã cõuerti poteſt.

¶ Præterea Omniũ elementorum alterni recurſus ſunt. Quicquid alteri perit/in alterum trãſit. Et natura partes ſuas. velut in põderibus conſtitutas/examinat: ne portionum æquitate turbata. mũdus prepõderet. Omnia in omnibus ſunt: Nõ tantũ aer in ignẽ trãſit/ſed nuſq̃; ſine igne eſt. Detrahe illi calorẽ/rigeſcet/ſtabit/durabit. Tranſiet aer in humorẽ. ſed nihilominus non ſine humore & aer eſt. Aquã/facit terra. ſed non magis vnquã ſine aqua eſt. q̃; ſine aere. Et ideo facilior inuicẽ trãſitus eſt: Quia illis/in quæ tranſeundũ eſt. iam mixta ſunt.

Aquã eſſe in terra

¶ Habet ergo terra humorem. hũc exprimit: Habet aera. hũc vmbra Hyberni frigoris denſat. vt faciat humorẽ: Ipſa quoqꝫ mutabilis eſt in humorẽ. natura ſua vtitur. Hec Seneca.

Triplex cã generationis aquarũ

¶ Fontiũ itaqꝫ generatio ſic fit naturaliter. Aer terræ cauernis incluſus. ob earũ frigiditatẽ ingroſſat/vertiturqꝫ in aquã guttatim. quæ ꝑ terræ venas ꝓfluit colligẽdo ſeſe donec erũpat. perennẽqꝫ fontẽ faciat. Quod enim eſt ſudãti corpori gutta(vt dici ſolet) hoc eſt humectanti terræ fons

Fontiũ generatio.

¶ Naſcunt̃ quidẽ ſub montiũ radicibus & in petris fontes vberiores/magiſqꝫ frigidi ac ſalubres. In planicie vero campeſtri. oriunt̃ fontes ſalſi/pigri/tepidiqꝫ ac inſuaues. Niſi forte ex mõtibus orti. ſub terra labẽses. in cãpo erũpant. aut arborũ

Meliores fontes ex mõtibus

vmbra fuerint cōtecti. Sic enim a ſolis radiis nō infeſtanť. vti fit in plano cāpo: vbi ſol/quod ſubtile ac leue eſt / diſſipat: groſſum atq̧ graue fundo relinquēs. ¶ Meliores item ſunt fontes. q ad ſeptētrio nem ſpectant/ob eandē cauſam. ¶ Niſi forte locus fuerit ſulphure/ aut Alumine/Bitumineve infectus. Eſt aūt Alumen/ſalſugo terræ. quæ efficitur hyeme ex aqua & limo. & æſtiuis ſolibus maturatur. Etenim fontes/ſaporē/coloremq̧ ac virtutē cōtrahūt ex venis/ occul tiſq̧ terræ viſceribus/qua manāt. originēq̧ ducūt. ¶ Sunt autem in æſtate fontes minus frigidi quā putei/ſunt enim calido aeri propin quiores: frigidiores tamen ſunt fluuiis. & multomagis/pluuialibus aquis: quia calori nō ita patent. Sunt autē fontes/ qui naturaliter ex terræ venis emanant. Putei autē ſunt manufacti. terra in altū defoſſa ¶ Probanť aūt aquæ fontiū. Authore Vitrubio/in hūc modū. Si aq̄ fontis/nouiter foſſi/maculam non fecerit. vaſi æneo aſperſa/optima erit. Similiter ſi cito in ea iuxta ignē decoquantur legumina: Item ſi limpida & plucida, pfluxerit. ſi cœnū non fecerit/ nec ibi naſcať aut muſcus aut iuncus. nec alias locus fuerit inqnatus. ¶ Eadē eſt & flu uiorū. quæ fontiū dicta eſt/generatio: niſi q̧ maior requiriť aquarū copia ,p fluuiis q̄; fontibus. Nam & ex fontibus flumina originem trahūt. ¶ Qua de re ſic canit Pontanus.

Locus fontibus ineptus. — *Alumen* — *Frigiditas fontium* — *Fontes* — *Putei* — *Probatio fontiū in bonitate* — *Pontanus de generatiōe fluuiorum.*

Si Rhenum Rhodanūq̧ videns/magnumq̧ Garumnam
Aut hebrum/Eridanumve/aut clari nominis Iſtrum:
Perſcrutere ortum/& fontis ſacra antra recluſi/
(Non dubium) inuenies ſummis e montibus illos
Delabi/genus & gelidis deducere ab antris.
Nanq̧ aer terræ immixtus/ molemq̧ ſub ipſam
Incluſus/ montana rigens vt frigora ſenſit/
In ſtillas abit/& longo fluit agmine multus:
Multum etiam ſtillante ſolo/niuibuſq̧ liquatis
Auxilium accedit venis tellure ſub ipſa
Multum etiam nebuloſa iugis immanibus antra
Tabeſcens cœlo gelido cum ſtringitur humor:
Vnde ſibi occulti ſumunt alimenta meatus.

¶ Cæterū ,ppria regionū/montiūq̧ ac fluuiorū nomina/in textu po ſita/longa egerēt declaratiōe. Sed cū in Pōponio Mela Geographo abūde/partimq̧ noſtra i deſcriptōie Germaniæ/ Geographiæ quoq̧ cōpēdio declarenť/cōſulto hic præterire volumus/ſingula in ,ppriis locis diſquirere/ſatius fore arbitrātes. ¶ Sunt itaq̧ adducta hic exem pla ſecundū generalē locorū ſitū accipiēda/ nō exacte diſcutienda.

Quæ Coſmographiæ ſunt, hic generalr̄ accipiēda eē

Nā ſecundū Coſmographorū Plinii/Strabonis/Melæ/Ptolomæiq; ac Solonis traditiones. Nec ex pyreneo Iſtrus. Nec ex Pernaſo Phocidis monte Araxes & Indus emanāt: Niſi forte equiuoce capiant nomina. ¶ Nam Pyreneus mons Hiſpanias a Galliis dirimit. Iſtrus aūt in Rhetiæ alpibus (quæ pars eſt Germaniæ) fontes habere cernit. Phocis item Greciæ regiūcula eſt/quā ab Aſia mare diſterminat.

Obiectio cōtra textū

¶ Quid igit dicendū ad textū? id quod modo diximus/generaliter hæc & a philoſopho dicta & a nobis accipiēda. ¶ Aut ſi quis pertinaciter hæc philoſophi dicta impugnare cōtēdat. Dici pōt primo Alpes in qbus Iſter fontes habet/tāquā Pyreneorū montiū portionē reputari. Secūdo Pernaſum/de quo textus loquit. non Phoaidis eſſe ſed portionem Tauri montis Aſiæ: Phocidis vero montem potius vocari Parnaſum.

Solutio:

SEXTI CAPITIS NOTE.

¶ Hellas/Græcia. ¶ Hellenes/Græci. ¶ Cataclyſm9/diluuium/inundatio.

SExtum cap. continet vnam queſtionem. Reſponſionē. Quomodo contingant Catacly ſmi. Cur alqui fluuii videntur perennes: alii non. Et vnum correlarium. ¶ Queſtio. cur loca demutentur/varienturq; nunc terræ nunc flumina: vt quæ prius arētia extitere: nunc obruta ſunt aquis. & quæ prius aqua operuit: modo ſint arida. vt vbi nunc mare: prius terra. Et vbi nūc terra: prius mare fuerit. ¶ Huius rationem aſſignamus. quia omnia hæc naturæ ſeriem ſeruant/ſuaq; finiuntur periodo. Vt enim ex ſole & cœlo: plantæ & animalia ſtatum habent/& ſuæ durationis rationē. vt adoleſcāt vt iuuenta conſtent/vt ſenecta tabeſcant. Ita eadem ex cauſa virtutem partes terræ accipiunt differentem: Et incipiuut humida fieri/& ad tempus aquoſa manent. Deinde exiccantur atq; ſeneſcunt iterum. Et conſimili modo fit maris permutatio. vt vbi

Loca terræ periodo finiūt ideo mutantur.

nunc excreſcit:terrã relinquet arentẽ.& vbi nũc flucti
bus vndat: aliquãdo ſtagnatũ & exiccatũ iri neceſſe
Inundationes i Aegypto. I
eſt.Et huius rei plurima ſunt argumẽta.¶ Aegyptus
enim exundante Nilo cooperta : hinc ſtagnat/ hincq;
reparat̃:vt ſæpe noua fieri videat̃.Et ora Nili omnia
manufacta vident̃. excepto vno Canobico. Et olim
Aegyptus(vt Homerus refert)Thebæ fuerũt:necdũ
In Hellade & Mycena.
Memphis erat.¶Et hæc rerum viciſſitudo/ ꝑmutatio
fluere. Condit itaq; (vt Author eſt Plinius li. v. cap. ix.) ſe aliquot dierum itinere. Mox alio lacu maiore In Cæſarienſis Mauritaniæ gente Maſeſylum erumpit/ & hominum cœtus veluti circumſpicit. Iterum harenis receptus/conditur rurſus. xx. dierum deſertis. ad proximos Aethiopes. Atq; vbi iterum ſenſerit hominem. proſilit/ fonte illo. quem nigrin vocauere. Inde Aphricam ab Aethiopia diſpeſcẽs cognominatus Aſtapus. quod illarũ gentiũ lingua ſignificat/ aquã e tenebris profluentem. ¶ Sic Euphrates (teſtante Mela libro. iii) Arabas ingreſſus. non perdurat in pelagus: Verum ingens modo & nauigabilis/ inde tenuis riuus deſpectus emorit. & nuſq; manifeſto exitu effluit. vt alii amnes. ſed deficit. ¶ Sic item Tigris. q in regiõe maioris Armeniæ fonte conſpicuo in planicie ortus. in lacum Arethuſſam influit/ impermixtuſq; tranſcurrit: ſic/ vt ne piſces quidem e Tigri in lacum tranſnatent. Tranſuectus vero occurrente Tauro monte. in ſpecu mergitur. ſubterq; lapſus. a latere altero eius erũpit. Eundem eſſe. manifeſtũ eſt. ꝗ demerſa pfert. Alterum deinde tranſit lacum. qui Teſbidis appellat/ rurſuſq; in cuniculos mergit. & poſt xxv. milia paſ. circa Nymphæum redditur. Author eſt Pli. li. vi. cap. xxvii. ¶ Gaudet itaq; natura rerũ diuerſitate. Quare nõ ſtatim oportet: ſi hæc flumina in terram alicubi mergãtur/ reliqua quoq; omnia ſimiliter ſubter terram labi. De æquoribus quoq; eſt par ratio

Euphrates in terrã deperditur.

Tigris quoq; terras ſubit.

¶ De Mari tamen Hyrcano non vna eſt omniũ opinio. Nam Geographi/ ipſum Scythici Oceani ſinũ eſſe volũt: Cuius fauces (inquit Solinus cap. xxiiii) mirum in modum vacuãtur hymbribus/ creſcũt æſtibus: arctæ quidem (Authore Plinio li. vi.) ſed in longitudinem ſpacioſæ. At vbi cepit in latitudinem pandi/ lunatis obliquat corni bus. Velut ad Meotim lacum ab ore diſcedens. Scythici arcus (vt Author eſt M. Varro) ſimilitudine. ¶ Non minus hoc eſſe. quam Pontum Euxinum. Clytarchus putat. In longitudinem ſane/ id patere. ccccxc. Mil. paſ: In latitudine vero. ccxc. Mil. ꝓdidit Agrippa. ¶ At Herodotus li. j. hoc mare per ſe ipſum eſſe. nec vllo cum alio miſceri/ aſſerit. Nam & illud (inquit) quod Græci omne ꝑnauigãt: & id/ quod extra Columnas vocatur Athlanticum: & rubrum: Idẽ eſt mare. Caſpium vero alterum/ ac per ſe ipſum eſt: Longitudinis quindecim dierum/ curſu nauis/ quæ remis vtatur. Latitudinis/ vbi ſpacioſiſſimum eſt/ Octo dierum. Ei Neoterici quoq; aſſentiuntur: qui magna Tartarorum regna. Inter Oceanum Scythicũ. atq; mare Caſpium interlocant.

Duplex de Caſpio mari opinio.

Magnitudo eius

Caſpiũ p ſe eſſe/ non ſinum.

Tertiũ de fluuiis Põticis Hiſter.

¶ Tertium: Speciale. De fluuiis Ponticis. Quo puenit tanta aquarũ ybertas Hiſtri, Boryſthenis, Tanaidis ac Phaſidos. fluminum quidẽ yt maximorũ, ita & rapidiſſimorũ? ¶ Magnus eſt profecto Hiſter, qui in Germaniæ iugis mõtis Abnobæ ortus (vt refert Plinius li. iiii cap. xii.) multis vltra Alpes milibus, ac per innumeras lapſus gentes Danubii nomine immenſo aquarum tractu. Et vnde primum Illyricum alluit, hiſter appellatur. ſexaginta amnibus receptis, medio ferme numero eorum nauigabili, In Pontum vaſtis ſex fluminibus euoluitur. Omniũ certe qui mare noſtrum influunt (Teſte Mela libro. ii.) tantũ. Nilo minor Totidem quot ille oſtiis, ſed tribus tenuibus, reliquis nauigabilibus. Totius profecto Europæ (vt vult Ariſtoteles) fluuiorum maximus.

Boryſthenes.

¶ Boryſthenes quoq; magnus eſt: Nam longiſſimus ei curſus eſt. Quippe ignotis ortus e fontibus (Authore Mela) quadraginta dierum iter alueo ſtringit, tantoq; ſpacio nauigabilis in Pontum egreditur.

Tanais

¶ Non paruus item eſt Tanais: Cum ex oppoſito Nili, in Septẽtrione, communis ſit Europæ atq; Aſiæ limes. Qui ex Rypheo monte (vt tradit idem Author libro primo) deiectus, adeo præceps ruit. vt cum vicina flumina, tum Meotis & Boſphorus, tum Ponti aliqua, brumali frigore durentur: ſolus æſtus hyemeq; iuxta ferens, idem ſemper & ſublimis, incitatuſq; decurrat.

Phaſis.

¶ Magnum deniq; & Phaſim eſſe. Teſtatur Valerius Flaccus in Argonautica. li. v. in hunc modum.

Cæperat optatos iam lux oſtendere Colchos
Magnus vbi aduerſum ſpumanti Phaſis in æquor
Ore ruit

¶ Et Plinius libro. vi. Clariſſimus (inquit) Ponti Phaſis, oritur in Moſchis, nauigatur quamlibet magnis nauigiis. xxxviii. Mil. d. p. Inde minoribus lõgo ſpacio. põtibus. cxx. peruius. ¶ Largiſſima nimirum aqua ex iis quattuor fluminibus Ponto iugiter accedit: At præter hæc ſunt adhuc multo plura. quæ in idem mare emittunt. vt ex Geographia cognoſcitur: Quo pacto igitur ibi continetur, tanta aquarum affluentia?

Solutio

¶ Solutio ex tribus rationibus in prima ſolutione adductis, haberi poteſt. Nam latitudo maris extenuat abſorbetq; flumina recepta.

Ponti deſcriptio

Nempe vaſtum mare (inquit Plinius libro quarto cap. xii.) Pontus Euxinus, qui quondam Axenus: longe fugientis occupat terras, magnoq; littorum flexu, retro curuatus, in cornua ab iis vtrinq; porrigitur vt ſit plane arcus Scythici forma. Medio flexu iũgitur oſtio Meotici

lacus Cimmerius Boſphorus/id os vocaт. ii.Mil. d. paſſuũ latitudine. At inter duos Boſphoros/ Thraciũ & Cimmeriũ/directo curſu (vt Author eſt Polybius)d.M.paſſus interſunt. ¶ Circuitu vero totius Ponti vicies ſemel.L.milia.vt Author eſt Varro/& fere veteres. Nepos Cornelius.ccc.M.L.adiicit. Artemidorus vicies nouies decẽ milia fecit. Agrippa.xxiii.lx·mil.Mutianus. xxviii.lxv.mil. Hinc fit/vt influentiũ amnium acceſſio in tanta maris vaſtitate non facile ſentiatur. Et prætet latitudinẽ aluei/eſt & fluxus & refluxus/a fundo quoqꝫ euaporatio. ¶ Inſuper & peculiare quoddã huic mari eſt continuus per Helleſpontum in Aegeum ex Ponto deſcenſus / iugiſqꝫ abſqꝫ regreſſu aquarum exoneratio. Quibus fit/ vt ex tanta fluuiorũ adiectione non ſit neceſſe/maris fieri inundationem

Ambitus eius

Quarta rõ ſpecialis

¶ Quartũ: Speciale quoqꝫ. De Nilo/Aegypti fluuio. Quare Nilus non facit tota hyeme/pelagi Aegyptii inundationem: Cum vno in menſe/quando Sol eſt in Cancro/eius ſtagnatio/totam ferme Aegyptum irriget operiatqꝫ? ¶ Eſt enim fluuiorum/qui in mare influunt mediterraneum(ſi Melæ credere dignum eſt) omniũ maximus. Argumento nempe ſunt/longiſſimus eius (de quo ſupra) curſus/ atqꝫ vaſtiſſima eius inundatio æſtiua. Tot item eius oſtia. Nam.xi. eſſe aſſerit Pli. Ex quibus celeberrima/ſunt ſeptem: Omnia quidem nauigabilia. Quamobrem/magnam tota hyeme aquarum vim/mari ingerant/neceſſe eſt. ¶ Solutio. Ex tribus itidem rationibus/In dubio generali dictis/haberi poteſt. Et præter eas/duæ adhuc extant ratiões peculiares. Prima. Solis ꝓpinquitas. Nam Aegyptus Auſtrũ verſus tẽdit. Quo fit/vt & hyeme quoqꝫ/ſemper aliquid a pelago extrahat Sol. Credo equidem tempore Aequinoctiorũ Solem/ tantum a Britannico diſtare Oceano/quantum hiberno ſolſtitio/ diſtet a pelago Aegyptio. Quocirca/ſi ſub Aequinoctio Sol tãgat radiis mare Britannicũ/Sub Capricorno quoqꝫ tangat æquor Aegyptiũ/par eſt/ rationiqꝫ conſentaneũ. ¶ Secunda. Quia pelagus hoc tam latũ eſt/tot qꝫ finibus & inſularum vrbiumqꝫ littoralium portubus diſpertitũ: fluidumqꝫ continue/verſus Syrtes/fretumqꝫ Gaditanum. Quibus cõcludiт. Etſi multa fiat ex Nilo/cæteriſqꝫ Aegypti Aphricæqꝫ fluuiis acceſſio/nõ tamẽ adeo eſt ſenſibilis(ob cauſas iam dictas) vt littora rumperet/aut terras operiret/vllumve aliud afferret incõmodum.

Quartum De Nilo

Nilus fluuiorũ maximus noſtri maris

Solutio

¶ Quintũ: Itidẽ ſpeciale. De mari Aegæo. Quare Aegæũ mare nõ exundat/terraſqꝫ circũiacẽtes demergit. Cũ tot tãtaſqꝫ recipiat aquas peregrinas/ vt alueus eius/vel breuiſſimo tempore adimpleri poſſit?

Vltimũ de Aegeo

Aegæum multiplices recipit aquas

Etenim Ab oriente attiguũ eſt Minori Aſiæ/quæ tota eſt nauigabi-
libus fluuiis(teſtante Pomponio Mela)peruia atq; irrigua. A ſeptẽ-
trione vero Pontũ habet. q Meotide/maximiſq; fluuiis. & Hyrcani
forte redundãtia/iam adauctus: In Aegæum abſq; refuſione exone
rat̃. Ab occidẽte inſup recipit Hebrũ/Strimona/Peneũq; ac reliquos
totius Thraciæ Macedoniæ/Helladiſq; ac Pelopõneſi fluuios. Q d'
ſi ex freto Gaditano/Oceanus quoq; hucuſq; deſcendit (vti vulgo
omnes credũt) Tanta item flumina totius Syriæ & Aegypti in idẽ
mare recipiant̃: mirũ ꝑfecto videri debet/vt tantillus eius alueus (q
tot tantiſq; inſulis. vt Cycladibus Sporadibuſq; ac reliquis: quas Pli.
li.iiii.cap.xii.cõmemorat: refertus & proinde anguſtior factus eſt)
q̃; breuiſſimo tempore/vel yacuus/non repleatur atq; exundet.

Solutio

¶ Solutio ex tribus generalibus ſupradictis rationibus haberi põt
Vaſtus eſt enim locus huiuſmõi maris: Fluxus item & refluxus. Eua-
poratioq; naturalis: tanto quidem efficacior/quãto Sol ei q̃; Caſpio
aut Pontico eſt ꝓpinquior. ¶ Magna eſt ꝑfecto eius vaſtitas/cũ ſit

Sinus mediterraneus ominũ maximus.

ſinuũ/qui terras irruperũt/omnium maximus. Cuius longitudo (vt
Author eſt Strabo li.iii.) eſt ſtadiorũ mille duodecies. Sed maxima
latitudo/ad ſtadiorũ quinq; milia. e ſinu Gallico inter Maſſiliam &
Narbõnẽ ad regionẽ Aphricæ/oppoſitã. ¶ Et Pli.li.vi. maris auidi-

Auiditas maris

tati improperãs ait. Nõ fuerat ſatis Oceano. ambiſſe terras. & partẽ
earum aucta inanitate abſtuliſſe. Non/irrupiſſe fractis montibus.
Calpeq; Aphricæ auulſa: multo maiora abſorbuiſſe. quã reliquerit/
ſpacia. Non per Helleſponrũ Propontida infudiſſe/iterũ terris deuo
ratis. A Boſphoro quoq; in aliam vaſtitatẽ pandit̃/nulla ſacietate/
donec expacianti lacus a Meoti rapinã ſibi iungant. Inuitis hoc ac-
cidiſſe terris. indicio ſunt/tot anguſtiæ. atq; tam parua naturæ repu-

Anguſtiæ maris.

gnantis interualla. Ad Helleſpontum octingentorũ. lxxv. paſ. Ad
Boſphoros duos. vel bubus meabili tranſitu. vnde nomẽ ambobus
& tãq; in diſſociatione germanitas cõcors. Alitum quippe cantus.
canũq; latratus/inuicẽ audiunt̃. Vocis etiã humanæ cõmercia/inter
duos orbes manente colloquio: niſi cũ idipſum auferunt venti.
¶ Ex his cõiectare licet huius maris (quo de fit ſermo) amplitudinẽ:
qua. recepta diſpergunt̃ flumina/ne auctum ſentiri faciant. Eſt etiã
ob Solis Lunæq; viciniam maior: & æſtus & euaporatio.

Solutio ex tribus cauſis ſpecialibus

¶ At præter has tres cauſas generales. tres aliæ ſpeciales aſſignari
poterunt. Prima. Deſcenſus eius in alia deinceps maria. vt ſupra di
ctum eſt a philoſopho Cap.vii. Nam Aegæũ partim in Carpathiũ.
partim in ionium exoneratur. Secunda. Tam multifaria eius in tot

ſinus portuſq; (quot ſane nulli ſunt alteri) diductio. Argumento ſunt/nauigandi & ars & frequẽtia Geographorũ q; aſtipulatio. Tertia. Subtereanei quidẽ meatus circa hoc mare. Cum enim cauer/noſa(vt ait Strabo li.ix)& in ꝓfundũ foraminoſa ſit terra: Ingẽtes pſæpe terræmotus efficiunt. Qui hic quidem meatus obſtruxerunt. illic aperuerũt: alios vſq; in ſuperficiẽ/alios per cuniculos. Cõtingit ſane & aquis. vt aliæ quidem per ſubterrancas cõcauitares labentes/perferant: aliæ per ſuperficies ſiue fluuiatiles ſint/ ſiue lacunares. Et tantũ de rationibus naturalibus. ¶ Verum enimyero/ſi quis ab hac dubitatõe ſe plænius voluerit abſoluere/potiſſimã huius rei cauſam diuinæ ꝓfecto aſcribet ꝓuidentiæ/quæ mari terminos/quos præter/gredi non liceat/præſcripſit. Et tantũ de dubiorũ appendice.

Quarta rõ Theologica

NONI CAP. NOTE.

¶ Scirpus/ iuncus. ¶ Sedimẽta/expurgamẽta animaliũ/Hypoſthaſes. ¶ Muria/aqua ſalitorũ. ¶ Stagnũ illud circa paleſtinã/Aſphaltites eſt: gignẽs Aſphaltũ quod bitumen nominat.

NOnum cap. continet vnã queſtioné. antiquorum & ꝓpriã reſpõſionem. tres de ſalſedine maris opiniones: quõ generet̃ maris ſalſedo Septem ſigna ſalſedinis maris. vnde fontes & flumina diuerſos ſapores/ colores/ & effectus habeant. Et præter litteræ Ariſtotelis ſentẽtiã duodecim aquarũ effectus/& miracula. ¶ Queſtio. an ſemp erit mare? an aliquando deficiet? ¶ Dixerũt aliqui/ mare ſimul cũ mũdo incepiſſe: & ſemp cum eo pduratũ ire: quare perpalam eſt ſi mũdus ppetuus eſt: itidẽ mare ppetuũ eſſe voluiſſe. Sed Democritus dixit aliquãdo mare totã opuiſſe terrã: & paulatim deſiccari/& tandẽ omnino deſiccatũ iri: vt ne vllum ſit mare. Sed id perſimile eſt Aeſopi fabulæ: qui cõfinxit Charybdim bis reſorpſiſſe: quæ primo ſorbens fecit apparere mõtes. Secũdo fecit apparere inſulas. quæ ſi iterum ſorbeat:

Opiniões aliorum.

reſiduũ epotura eſt/terramq; ſiccã relinquet. Sed hic ſermo/ poetis aptus & nõ veritatis inquiſitoribus.

Reſpõſio Ariſtotelis

¶ Dicimus igit̃ ſi ſemp ſol ſuũ torqueat gyrũ: dulce/ ſubtile/& potabile eleuãs/quod iterum deorſum recidat:ſemp futurũ eſſe mare aliquod. nõ tamen eadem ſemp occupabit loca:ſed quæ nũc arida ſũt: aliquãdo illuet/rurſumq; eadẽ aliquãdo ſiccabunt̃. Neq; pp̃ter hoc permutari exiſtimare oportet vniuerſum.

De ſalſedine maris

¶ Tres de ſalſedine maris opiniones. Prima eſt dicentiũ terrã in principio fuiſſe aquis adopertã:& ſolem dulce/ſubtile/ & potabile eleuaſſe:reſiduũ vero mare relictum amarũ & ſalſum. Sed id verũ nõ eſſe videt̃. Nam ad ipſum tãta relabit̃ multitudo:quãta ſurſum ſuſtollit̃. q̃re ſi reſtituta æquali dulcis aquæ multitudine/ipſum nõ eſt dulce ſed amaricat̃: neq; prius hac de cauſa factũ eſt ſalſum. ¶ Secũda eſt dicẽtiũ/ fluuios ad mare labentes terræ trahere ſalſedinem:& mare ſalſum reddere. Sed neq; id verũ. ¶ Primo. qa fluuios oporteret eſſe ſalſos. immo & magis ſalſos. quod non apparet. ¶ Secũdo. qa irrationabile eſſet modicã terreſtreitatẽ cũ fluuiis delatã:tãtã aquæ multitudinẽ(quãtã ipſum mare eſſe videmus)ſalſam efficere. ¶ Tertio. qa nihil aliud mare reputãt:niſi plurimorũ fluuiorũ collectionẽ. quare & fluuios ipſos ſalſos eſſe cõcedãt/oportet. ¶ Tertia eſt Empedoclis terrã ſudaſſe dicentis:eiuſq; ſudorẽ eſſe mare. Sed hæc metaphora & fictio poetis quam philoſophis aptior eſt vt recipiatur. Nam quæ ſalſa eſſe vident̃ vt aqua p cineres colata/aqua colata per calcem/vrina/ſudor/alimenti Hypoſthaſis: cum prius dulcis fuiſſet aqua/dulce poculum/dulcis cibus

aliquo accepto ſalſa fiunt aut amaricant̃: vt cinerum aut calcis aduſta terreſtreitate. Et ĩ vrinæ vaſis fundo remanet quædam ſalſedo. Et cum ſudore: corporis abluuntur terreſtria, ſicut qui carnes abluendo abſtergit Et terreſtreitas/indigeſtaq; ſubſtãtia facit Hypoſthaſim amaram videri. Ita & aliquo aduſto & terreſtri ammixto: mare ſalſum eſſe exiſtimare oportet/ & non eo quo ipſi arbitrantur modo. ¶ Quomodo maris generetur ſalſedo. Maris ſalſedo ex quodã vſto terreſtri ammixto generat̃. Dicimus enim duplicem eſſe ſpirationis ſpeciem. Hanc calidam & humidã quæ vapor/ dicitur/hanc vero calidam & ſiccam: quæ dicitur exhalatio. Et mare ſemꝑ idem ſpecie ꝑmanet: vt idem aer/ idem ignis/eadem flamma. Et eleuat̃ ab eius ſummo vapor dulcis: a fundo vero/ſolis & aſtrorũ ſufficiente calore/eleuatur exhalatio (Eſt enim hæc a terra eleuari nata) aduriturq; fundum. & per mare tanſiens/ & cum vapore in mare relabens (vt cineres per aquam ſæpius tranſitũ faciẽtes) ſalſuginem inducit. Et huiuſmodi rei multa ſunt ſigna. Aqua per cineres colata/ vrina ſudor/& alimẽti (vt iã dictũ eſt) Hypoſthaſis: vbi aliquid combuſtum relinquitur/aut terreſtre indigeſtum. Quapropter dixerunt nonnulli terram ſemel fuiſſe cõbuſtã/& hinc mare ſuã traxiſſe amaritudinẽ: nõ ꝑcipiẽtes generationũ exhalationũ poſſibilitatem Et quomõ hac de cauſa maris Harenæ relinquunt̃ vt tenuia grana diſſociatæ. ¶ Septẽ ſigna q̃ mare ob ambuſtarũ terreſtreitatũ ꝑmixtionẽ ſalſum ſit. ¶ Primũ. Quia Auſtrales aquæ & primæ Autũnales ſalſiores

Vera ſalſedinis generatio

Auſtrales & Autumnales ſunt ſalſiores

ſunt: ꝙ auſter ventus ſit calidus/ & calido efflet loco: plures ſecum eleuãs exhalationes. Autumnales vero ꝓpter præteritæ æſtatis aduſtionẽ & exhalationes eo tpe eleuatas: quæ nũc ob tpis varietatẽ deorſum redu cunt: nũc ammixtæ ꝑmanẽt/ nũc nouæ ſuſtollunt De Borea autẽ oppoſitũ euenit. Et hac de cauſa auſtrales & autumnales grauiores ſunt: & citius ob permixtam terreſtreitatẽ deorſum præcipites dedunt. Quibuſcũ qꝫ enim talis terræ multitudo ineſt: citiſſime deorſum tendũt. ¶ Secundũ. quia aqua maris: cæteris calidior eſt: vt quæ exhalationis ammixtæ naturam retineat. Omnia enim quæcũqꝫ ignita fuerint: in ſe ipſis poten tia caliditatẽ retinẽt. Monſtrant hoc calx/ cinis/ anima lium ſedimenta. vt quorũ calidiſſimi ſint ventres: cali diſſimã habeant Hypoſthaſim ſedimẽtaqꝫ. Et ſemp maris ſurſum eleuat potabile Quod ſi aliqd terrenæ fecis ſecum ducit: vapor ſalſedinẽ participabit. Et ſi magis: & magis. Et iterũ relabit decidens: quod iterũ reſumet mare. Fluunt enim ad ipſum: & omnes aquæ Hinc fit vt non omnino deficere (quẽadmodũ alii de ficiũt fluuii) ſed ſolum ſecundũ hãc/ vel illam partẽ có tingat. ¶ Tertiũ. Quia dimiſſo cereo vaſe bene clauſo & circũligato in mare: quod ꝑ latera ſubintrat aquæ/ dulce eſt & potabile. ꝙ ceræ tenuiſſimi pori nó admit tant cũ ſubtili reſudante aqua corpulentas terræ feces ſubire. ¶ Quartũ. Quia aqua maris hanc ob cauſam cæteris groſſior & ponderoſior eſſe videt: vt in ea ma gnæ natent Triremes: quæ in fluminibus ſuo pondere facerẽt naufragiũ. Et paſſi ſunt: aliquãdo nonnulli/ in flumine onuſtas naues ducẽtes: in mari ſalutẽ faciẽtes:

Aqua maris cæteris calidior eſt

Vt hirundines

Aqua maris eſt groſſior & põderoſior

ob huius rei ignorantiã incauti. Hinc fit vt ſi qs aquã apprime/multũq; ſalſam fecerit: ſupnatent oua. quod & circa ſalituras (quas murias vocant) contingit/ fitq; ſpiſſa/& groſſa/& limo quã ſimillima. ℭ Quintũ. dicunt circa paleſtinã eſſe ſtagnum in quod ſi immiſeris hominẽ ligatũ aut equum : ſupernatabit aquæ & ſub mergi nõ poterit. Hoc autem facit copioſa ammixta terreſtreitas. ℭ Sextum. quia veſtiméta in mari lota: ſordida fiunt. Hoc enim ob terreſtreitatẽ accidit. Stagnum Paleſtinæ

ℭ Septimũ. in Chaonia eſt fons aquæ ſalſæ: in dulcẽ fluuiũ prope/ſe præcipitans: nullos piſces nutriẽs. obtinuerũtq; loci illius incolæ ab Hercule boues ab Heraclea adducẽte: vt (quia piſces nõ haberent) in ſuum vſum ex fonte ſales facerẽt. Decoquũt enĩ aquæ partẽ quã euaporare ſinũt: quo facto ſales non groſſos/com pactos/vt nix cãdidos/in fundo reperiũt: q ſunt aliis debiliores/ſapore & colore delectabiles. Idem faciũt in Arabia de qbuſdã calamis & ſcirpis: quorũ facta cõbuſtione cineres in aquã cogũt/ qua partim euaporata exiccataq;: relinquit ſalis multitudo. Et vniuerſaliter omnia fluuiorũ ſalſa reumata: calida eſſe putare oportet. Eſt enim ſal vt aduſtæ terræ ſpecies: q frigido & humido ſoluit/calido autẽ & ſicco cogit/ concreſcit & durat: Hinc loca quæ harenoſa influunt: cinerẽ aut calcẽ imitãtia conſpiciunt. ℭ Vnde fontes & flumina varios participent ſapores/colores/& naturas. ℭ Hoc euenit ppter terrarũ (p quas ſubterfluũt) ammixtiões Sunt enim aliqui calidi: vt q p terræ calidæ meatus vt ſulphureos trãſeũt. Et in Sicilia fons eſt acetoſus: quo aceti loco ĩ obſoniorũ/cibariorũq; vſu vtũt indigenæ. Fõs ſalſus i Chaonia Varietas ſaporum fontium

K

Et ſimilis circa lingones exiſtit. Et circa Scythiã vnus eſt amarus: qui in fluuiũ decurrens totum reddit amaricatũ. ¶Præter litteræ Ariſtotelis ſententiã duodecim aquarum miracula. Anigrus (qui & Anagrus dicitur) Theſſaliæ fluuius: poſt Centaurorũ ab Hercule vulneratorum in eo lotionem: aquas impotabiles ſeruat. Hypanis Scytharum maximus fluuius in Calliopũ finibus amara ſcaturigine infamis reddit. Iouis Ammonis fons interdiu friget & noctibus calet. In Dodone Iouis fons algidus admotas faces extinctas accendit: & accenſas reſtinguit. & Athamantis aquæ admota ligna accendunt. flumen Ciconũ in Thracia res tactas rigeſcere facit in ſaxa. Chratis & Sybaris Calabriæ fluuii aureos crines inducunt. Salmacis Cariæ fons ĩ eũ deſcẽdẽtes effœminatos remittit. Aethiopes lacus mentis inſaniam & intolerabilem ſoporẽ parturiunt. Colophone: Apollinis lacus animos ad diuinationem & oracula immutat. Clitorius Arcadiæ fons ſemel hauſtus vini inducit odium: abſtemioſq́ / Hoc eſt / a temeto abſtinentes: bibẽtes reddit. Lynceſtius amnis vt vinũ bibentes temulentos & debacchantes relinquit. Phenos Arcadiæ lacus interdiu innoxius: noctu potus / mortifer perhibetur. Vt hæc eleganti carmine ex Pythagora cecinit Ouidius.

Duodeci aquarũ miracula

i.a vino

Ante bibebatur: nunc quas contingere nolis.
Fundit Anigrus aquas: poſtq̃ (niſi vatibus omnis
Eripienda fides) illic lauere bimembres
Vulnera: clauigeri quæ fecerat Herculis arcus:
Quid? non & Scythicis Hypanis de montibus ortus:
(Qui fuerat dulcis) ſalibus viciatur amaris?

Pauca ſuperreferam.quid? non & lympha figuras
Datq́ꝫ/ capitq́ꝫ nouas?medio tua corniger Ammon:
Vnda die gelida eſt:ortuq́ꝫ/obituq́ꝫ caleſcit.
Admotis Athamantis aquis:accendere lignum
Narratur:minimos cum luna receſſit in orbes.
Flumen habent Cicones quod potum ſaxea reddit
Viſcera:quod tactis inducit marmora rebus.
Chratis & hinc Sybaris noſtris conterminus oris:
Helectro ſimiles faciunt/auroq́ꝫ capillos.
Quodq́ꝫ magis mirum:ſunt qui non corpora tantū:
Verum animos etiam valeant mutare liquores.
Cui non audita eſt obſcœnæ Salmacis vnda:
Aethiopeſq́ꝫ lacus:quos ſi quis faucibus hauſit
Aut furit:aut patitur mirum grauitate ſoporem.
Clitorio quicūq́ꝫ ſitim de fonte leuarit:
Vina fugit/gaudetq́ꝫ meris Abſtemius vndis.
Seu vis eſt in aqua calido contraria vino:
Siue(quod indigenæ memorant)Amythaone natus:
Prætidas attonitas poſtq̄ꝫ per carmen & herbas
Eripuit furiis:purgamina mentis in illas
Miſit aquas:odiumq́ꝫ meri permanſit in vndis.
Huic fluit effectu diſpar Lynceſtius amnis:
Quem quicūq́ꝫ parum moderato gutture traxit/
Haud aliter titubat q̄ꝫ ſi mera vina bibiſſet.
Eſt lacus Arcadiæ(Phenum dixere priores.)
Ambiguis ſuſpectus aquis.quem nocte timeto:
Nocte nocent potæ:ſine noxa luce bibuntur.

Poſito Maris loco/ nūc ꝑprietates eius explicat philoſophus. Quarū præcipua eſt ſalſedo ¶Eius itaq́ꝫ cām diligēter inqrit/aliorū reprobādo opiniones/plæriſq́ꝫ inſuper ſignis/ꝑpriā roborādo ſententiā.

¶ Præmittit tamẽ de duratione maris queſtionẽ. Nam ſi eſt in loco aquæ: dignũ eſt noſſe/ an ſemp̃ ibidem futurũ ſit/ an ſecus.

¶ Operæpreciũ eſt autẽ/ præmittere quid mare ſignificet/ ne igno- rata vi vocabuli/ incaſſum inquiratur proprietas rei. ¶ Mare igiẽ eſt

Quid eſt Mare

Collectio aquæ amaræ. cuius ſalſedo ex aduſta terreſtreitate cauſaẽ. Hoc dico/ ꝓpter nõnullos fontes & fluuios/ ſalſos quidem/ ob quali tatem terræ. nõ ꝓpter colationẽ fumi terreſtris: vt mare. Abuſiue in- ſuper nõnulli lacus maria quoq; dicunẽ. Vt in Euangelio. mare Gali leæ. Mare Tyberiadis. Mare mortuũ: ꝓpter aquæ multitudinem & amplitudinẽ aluei. ¶ Non eſt itaq; mare aqua ſimplex ſed mixta/ atq; aliquid paſſa. Proinde non eſt elementum. quãuis ſit in loco ele mẽti. Addit enim ſupra aquã ſimplicẽ/ ſalſedinẽ ex aduſta terreſtrei tate cauſatam.

Mare non eſt elementum

Queſtiõis Solutio.

¶ Quando itaq; quærit. an mare ſemp̃ erit/ an aliquando deficiet? Reſpondendũ eſt. ¶ Mare ſecundũ ſe totũ/ nõ corrumpet: quoniã eſt de perfectione vniuerſi. quandoquidẽ aquæ elementaris & locũ & vices gerit. At ſecundũ partes vtiq; demutabiẽ/ ſicuti ſæpe demu- tatum eſt. Hæc ſane creſcet/ illa decreſcet. vna generabitur. alia corrũ petur. Semper tamen erit mare.

Oceanus.

¶ Mare itaq; magnũ. quod totam terram cingit. Oceanus diciẽ & Amphitrite. Sinus facit maximos. q a loco ſpecialia recipiũt nomina/ atq; ob amplitudinẽ maria dicunẽ

Mare Mediterraneũ

¶ Præcipuus quidem & maximus dicitur mare mediterraneũ. quod partes terræ habitabilis. Europam Africam & Aſiam/ ſeparat. Sor- titur autẽ varia nomina. a locis quæ alluit. vt mare Ponticũ/ Aegeũ/ Ioniũ/ Adriaticũ/ Siculum/ Tyrrhenũ/ Sardoum Balearicum &c.

Cæteri ſinus Oceani

¶ Cæteri ſinus Oceani ſunt Ad orientẽ quidem circa Indiam Ma- gnus & Gangeticus: ad Auſtrũ mare Perſicum & Arabicum ſeu ru brum: Ad Boream vero Venedicũ & Caſpium. Eſt autẽ ſinus/ cur- uatura littoris. qua mare terras intrat/ littoribuſq; curuis haud ſecus atq; brachiis complectitur. De iis plura in Geographia.

Locus Oceani

¶ Eſt autem Oceanus in ꝓprio loco aquæ elementaris: vtpote in cõ cauo aeris. terram ambiens. quam totam ſane cooperiret/ niſi portio eius eleuata eſſet. ꝓpter ſalutem animantiũ terreſtriũ. ¶ Diciẽ itaq; amplexus mũdi. terminus coronatus. hoſpiciũ fluuiorũ/ fons imbriũ & quaſi limbus zonarũ: Ambit enim quinq; zonas mũdi in modũ

Mare glaciale

limbi. ¶ Eius partes extremæ/ ſub polis ſitæ. rigido gelu/ ꝑpetuoq; frigore horrent: quoniã carent quo tepefierent/ calore ſolis. Illic igiẽ mare glaciale dicitur. haud nauigabile. q̃ non liqueſcat. Idem certe (ſi nõ fallor) ſalſum quoq; nõ eſt. quoniam Sol ex fundo eius exha

lationẽ nõ trahit/quæ ſalſedinem generaret. ¶ Ea vero pars Oceani quæ medium orbis(ſi Macrobio credimus) diuidit: feruet/ propter iter ſolis.quod ſupra eã eſt. ¶ Prima opinio.prius ſufficiẽter im probata eſt. ¶ Secũda quoq; in textu clare reprobatur. ¶ Tertia aũt tanquã poetica fictio contemnit̃.Haud diſſimilis illi. quam ſcribit Pontanus.Oceanũ amore telluris captum.repulſis precibus. vi irru-piſſe in terras Tellus autem cum Nymphis terrefacta/in mõtes fugit Saliam Nympham precata.vt Oceani aquas inficeret. quod vbi fa-ctum eſt.ſalſæ remanent aquæ maris/a Salia infectæ. Fabula Pontani

¶Magis itaq; parcendũ eſt Empedocli. quã cæteris philoſophis/in huiuſmodi figmentis: Nam carmine totam perſcripſit philoſophiã Teſtante Lucretio/de eo his verſibus. Empedo-cles carmi-ne philoſo phatus eſt.

Carmina quin etiam diuini pectoris eius
Vociferantur/& exponunt præclara reperta
Vt vix humana videatur ſtirpe creatus.

Iuſtius autem carmini quã proſæ admittitur metaphora.

¶ Cæterum Empedocles Agrigentinus fuit philoſophus.ex Agri-gento Siciliæ vrbe.qui cum lacum montis Aetnæ inueſtigaret/ deci dit in foueam igneam.Incendioq; conſumptus eſt.

¶ Sed reuera Terræ ſudor nõ eſt mare.vti ſupra Ca.vii:dictũm eſt Nec ſufficiẽter dictum eſſet: etiam ſi res ita ſe haberet Nam cauſam ſalſedinis/ dictũ illud nõ oſtenderet.Habet enim & ſudor ſuæ ama ritudinis cauſam (vti textus demonſtrat) Amaricat̃ enim terteſtrei-tate/quã abluit. ¶Quomodo generat̃ ſalſedo maris:̃ p admixtionẽ aduſtæ terreſtreitatis (Eſt enim ſal aduſte terræ ſpecies) Sol nãq; ra-diis ſuis ad fundũ vſq; penetrat.exttahens illinc exhalationẽ terreſtrẽ Educit̃ itaq; caloris vi per aquã hmõi exhalatio/relabiturq; rurſus cũ pluuia/al'ave cauſa/crebro ꝓinde tranſitu cauſat illam ſalſedinem. Qua de re teſtem libet accerſere Pontanũ/his carminibus. Mare non eſt Sudor terræ. Quomõ mare fit ſalſum. Pontanus

Vos etiam maris vndiſoni fluitantia monſtra
Et ſolem rapidum/& latices ſentitis amaros.
Quandoquidem obiectas vrens dum ſol coquit yndas
Et radiis infeſtat agens Neptunia regna
Aſſidue dulces epulas/tenuemq; liquorem
Haurit aquis/ſuccoſq; rapit populator amicos
Grata ſequens:ſenſum longe indignatus amarum
Hinc ſalſus ſapor/atq; aſper fluit æquore amaror.
Quippe etiam vt noſtro fluitat de corpore ſudor
Illc quidem dulci e Baccho/melliſq; liquore

Excluſus venis. etenim ſitis ipſa/calorq;
Lenibus indulgent ſuccis/& amara recuſant.

Mare ſoli ꝓpinquius/ ſalſius quoq;

¶ Docet ꝑfecto experientia. mare quod Soli ꝓpinquius eſt. ſalſius quoq; eſſe. vti mare ſub Aequinoctiali magis certe eſt ſalſum/quam mare ad ſeptētrionem. Hinc euenit. vt vel ſine artificio illic ex aqua marina fiat ſal. dum ad ſolem ſuper rupes ſiccatur. In longinquioribus autem a Sole maribus(inquit Adelardus)vt ſal poſſis habere/ ipſam maris aquā igni neceſſe eſt adhibere. quia a Solis calore remotior eſt. minuſq; decocta. ¶ Euenit item/æſtate omnē maris aquam ſalſam eſſe magis/quā hyeme. ob vehementiorē itidem calorē Solis Quinimmo ex dulci quoq; aqua contingit eliquari ſal. artificioſa quadam decoctione admixto calamorū cinere. ¶ Aqua autem/ex qua in Salinis excoquit̄ Sal/ſalſuginē habet. ꝓpter ſulphureas terræ venas/per quas labitur.

Queſtio de fluminibus

¶ Sed queſtio ex dictis oritur. Quare flumina non ſunt ſalſa? cum tamen ab eorū fundo etiam eleuetur calore Solis talis terreſtreitas. & tanto quidem facilius. quāto eſt ea aqua marinis purior ac ſubtilior/ radiiſq; ꝓinde magis peruia. ¶ Reſpōdet. id accidere ob tres rōnes

Reſpōſio ꝑ tres rationes

Prima. Quia aqua fluminis ſubtilior eſt. dat itaq; faciliorem exhalationi tranſitū. ꝓinde nō eſt fortis admixtio terreſtreitatis cum aqua: eo ꝙ cito tranſit. ¶ Secūda. Quia exhalatio a fundo fluminis extracta. nō relabit̄ per eundē locū. ſicut fit in mari: Tum quia exhalatio ipſa leuior eſt & ſubtilior (purior eſt enim fundi area in flumine quā in mari)altius itaq; conſcendens/ad eundē locum non relabitur ¶ Tum quia anguſtior eſt alueus fluminis quā maris. Quo fit. vt ſi exhalatio paulum per ventū a loco dimoueat̄/relabens extra flumen cadat. ¶ Tertia. Quia aqua fluminis non ſtat/ſemper fluit decliuis in mare: Ideo eadē exhalatio ſemel educta per aquā. In eandē/deſcēdens nō relabit̄/ſicut fit in mari. Et ſi qua fluuii pars ſalſa fieret/nō perciperet̄/eo ꝙ cōtinuo diſcurrit in mare/alia parte mox ſibi ſuccedente dulci.

Oceanus fluminibus nō augetur.

¶ Oceanus/ex fluuiorū aqua collecta/nō cōſtat. Accepit enim cum ipſo mūdo originē: Sed ne augetur quidē fluuiorū influxu. Quoniam dulcia illa fluenta(vt ſcribitur in li. de imagine mūdi)partim ſalſis vndis cōſumunt̄/partim vero & vapore ſolis arripiunt̄/partim ꝑ occultos meatus in amnes ſuos reuertunt̄. Quapropter eius ſalſedinem nō deſtruūt. ¶ Immovero ꝓpe littora ꝑceptibiliorē eſſe ferūt maris ſalſedinē quā in medio ponti. ꝙ fundum Sol fortius circa littora exurat. vbi aqua eſt minus alta.

¶ Auſtrales aquæ Borealibus magis ſunt(inqt philoſophus)ſalſæ. Primo. quia Auſter calidus eſt. Boreas vero frigidus: plures itaq; edu cit calidas exhalationes auſter q; Boreas. ¶ Secũdo. quia Auſter ma gis obtinere ſolet in aquas. Boreas cõtra plus dominari ꝓhibetur in aere: Attrahit itaq; auſter plus ex fundo q; Boreas/qui alta potius in feſtat q; ima. ¶ Similiter Salſiores ſunt aquæ in primo Autumno/ quã i æſtate. Quia calor æſtiuus totã educit exhalationẽ. nihil aquæ permixtũ relinquẽs/& eleuatã ſurſum tenet/ nec remittit totam/ ſed diſpeſcit in aera/aut in vẽtos: in igneaſve tranſit impreſſiones: Tem peratior autem eſt calor Autumni/ ideo minus abſumit. Hinc fit. vt Auſtrales atq; Autumnales/cæteris ſint grauiores: quia plus terreſtrei tatũ cõtinent.

Auſtrales aquæ magis ſalſæ

Autũnales quoq; ſalſiores.

¶ Paleſtina ꝓuincia eſt in Syria/Arabiæ cõtermina/quæ & Iudæa dicit. in vna eius parte(quæ olim Pentapolis dicebat/a quinq; vrbibus/diuina vltione/flamma & ſulphure cõbuſtis)Lacus eſt Aſphal tites: Qui ab Hyſtoricis mare mortuũ appellatur. Nam(vti referunt Plinius/Strabo/& Solinus)nihil præter bitumen(quod Aſphaltũ dicitur)gignit/animal nullum habet/ nec in eo aliquid viuũ mergi poteſt. Quare Tauri & Cameli impune illud tranſeunt. ¶ Refert Ioſephus li. v. Captiuitatis Iudaicæ. ꝯ Veſpaſianus/ cum Iudæos viciſſet/quoſdam iuſſit/natandi inſcios/manibus poſt terga ligatis/ in eum lacum proiici/qui etſi iacti merſiq; eſſent/tãq; a vehemẽti ſpi ritu/ad ſuperiora venientes. ſtatim repulſi euaſerũt. ¶ Nauigari aũt nõ põt(Teſte Iuſtino)cum in eo protinus cuncta/vita carentia/ ſub mergantur. Nominatur ipſe lacus Aſphaltus/ab illo quod gignit bitumine.

Lacus Aſphaltites: Mare mortuum

Ioſephus

Iuſtinus.

¶ Lingones populi ſunt Galliæ/ſupra Heluetios & Sequanos. In Occaſum vergentes. ¶ Sicilia inſula ab Italia/vndarũ vi abrupta ¶ Scythia regio permagna ſub Septẽtrione. tam in Europam/ quã Aſiam/extenſa.

Lingones

Sicilia

Corollarium de Miraculis/fontium fluuiorum & Lacuum.

¶ Fontes ex venis terræ/ꝑ quas fluũt/Colorẽ/ſaporẽq; ac virtutẽ recipiũt: Quorũ ꝑmagna eſt diuerſitas: At ſingulorũ referre rões/nimis longũ atq; difficile eſſet. Quare exẽplis nũc rem trãſigere ſufficiat.

Fontiũ diuerſitas

¶ Ait itaq; Pli. li. ii. Ca. cvi. In dodone Iouis fons/cũ ſit gelidus. & immerſas faces extinguat: ſi extinctæ admoueanĩ accẽdit. Idẽ meridie ſemper deficit/mox increſcens/ad medium noctis exuberat:

Pli. de miraculis fontium

Ab eo rurſus ſenſim deficit. In Illyriis ſupra fontem frigidũ expãſæ veſtes accendunt̃. Iouis Hãmonis fons/ interdiu frigidus/ noctibus feruet. In Troglodytis fons Solis appellat̃/dulcis & circa meridiem maxime frigidus/mox paulatim tepeſcens: ad noctis media/feruore & amaritudine infeſtatur. In Andro inſula tẽplo Liberi patris fons nonis Ianuariis ſemp̱ vini ſapore fluit. In Beroſo Taurorũ colle. tres fontes/ſine remedio/ſine dolore mortiferi. Hæc Pli.

Iſidorus. ¶ At Iſidorus li. xiii. ſic habet. In Italia fons Ciceronis/oculorũ ſciſſuras & vulnera ſanat. Zema fons in Africa canoras voces facit. In Chio inſula fons eſt. quo bibentes hebetes fiunt. In Bebrycia duo fontes ſunt. quorũ alter memoriã/alter obliuionẽ affert. Cyrici fons amorem Veneris tollit. In Aethiopia fonte rubro. qui biberit/Lymphaticus fit. Lechnus fons Arcadiæ/ abortus fieri non patit̃. In Sicilia duo fontes ſunt. quorũ vnus fœcũdat ſterilem/alter fœcundam ſterilem facit In Sardinia calidi fontes oculis medent̃/fures arguunt. Nam eorum facinus/cæcitate detegit̃.

Liber de naturis rerum ¶ Ex libro de Naturis rerũ. In Sicilia dicũt eſſe duo fontes. Quorũ alter facit oues albi velleris/nigras: Alter nigri velleris/albas. Conſtat etiam vulgo fontes eſſe/qui ligna iniecta in lapideã ſubſtantiã conuertunt. Et ex huiuſmodi lapidibus fiunt cotes optimæ.

Plinius de fluuiorum miraculis. ¶ Sed nec Flumina miraculis carent: De quibus Pli. li. ii. ſic ſcribit Mirabilius (inquit) id faciũt/aquæ dulces iuxta mare/ vt fiſtulis/emicantes: Nam nec aquarum natura a miraculis ceſſat. Dulces mari inuehunt̃ haud dubie. Ideo & marinæ (quarum natura grauior) magis iniecta ſuſtinent. Quædam vero & dulces ſup̱meãt inter ſe alias. Vt in Fucino lacu inuectus amnis. In Lario Abdua. in Verbano Ticinus. In Benaco Mintius. In Lemanno Rhodanus. Quidã vero amnes/odio maris ipſa ſubeunt vada: Sicut Arethuſa fons Syracuſanus. In quo reddunt̃ iacta in Alpheũ. qui p̱ Olympiã fluens/Pelopõneſiaco littori infundit̃. Subeunt terras/ rurſuſq; reddunt̃: Lycus ĩ Aſia: Eraſynus in Argolica. Tygris in Meſapotamia In Cyconũ flumine. & in Piceno/Lacu Velino/lignũ deiectum/ lapideo cortice obducitur. Et in Surio Colchidis flumine adeo/vt lapidem plærunq; durans adhuc integat cortex. Similiter in flumine Silari/vltra Surrentũ/non virgulta modo/ immerſa/ verum & folia lapideſcũt: alias ſalubris potus eius aquæ. In Faliſco Clitũni amnis aqua potata/candidos boues facit. In Boetia amnis Melas/ oues nigras. Cephiſus ex eodẽ lacu ꝓfluens/albas. Rurſus nigras penitus ruffaſq; iuxta Ilium Xanthus. In põto fluuius Aſtares irrigat cãpos. In quibus paſtæ oues nigro lacte æque gentes alunt. Lynceſtis aqua

quæ vocat acidula/vini modo temulentos facit. Ita in Paphlagonia & in agro Caleno. ¶ Vitrubius item. In Arcadia (inqt) Nonacris regio eſt. habẽs in mõtibus ex ſaxo ſtillãtes frigidiſſimos humores: quos nec argenteum/nec æneum/ nec ferreum vas continere poteſt/ ſed diſſilit & diſſipatur: nec aliud niſi mulina yngula: continere & cõſeruare põt. Sunt nõnulli fluuii/aureis harenis præclari. vt Tagus in Luſitania. & Pactolus in Lydia. De quibus ita canit Iuuenalis. Quod Tagus/& rutila voluit Pactolus harena. Vitrubius.

¶ Lacuum quoq; miracula ſunt: Miracula inquã/quorum cauſa aut omnino nos latet/aut inquiſitu quã difficillima eſt. De quibus Iſidorus li. xiii. ſic loquitur. In Aethiopia lacus eſt/quo pfuſa corpora velut oleo/niteſcunt. Ex Clitorio/Lacu Italiæ/q biberint/vini tediũ habent. ¶ Et Solinus. Stagnum (inquit) Pentaſium/ ſerpentibus noxium eſt/hominibus ſalutare. Similiter & Vitrubius ait: In Cappadocia lacus eſt/in quem pars arũdinis/ſi dimiſſa fuerit. & poſtero die exempta/inuenitur lapidea: Pars autem. quæ extra lacum manſerit. permanet in proprietate ſua. Prætetea Seneca libro. vii. ſic ſcribit Quoſdam etiam lacus eſſe. qui natandi imperitos ferant/notum eſt. Eſt etiam in Syria ſtagnum. in quo lateres natant/& mergi proiecta non poſſunt. licet grauiora ſint. ¶ Deniq; Plinius li. ii. ſic de iis cõcludit. Iuxta Nonacrin Arcadiæ Styx/nec odore differẽs/nec colore: epota illico necat. ¶ Cauſam generalem huiuſmodi diuerſitatis aquarum/ſic aſſignat Pontanus. Lacuum miracula Iſidorus Solinus. Vitrubius. Seneca Plinius

Nec ſapor aut color vllus aquis fluuialibus: ipſæ
Tellure hos de matre trahunt. Hinc ſæpe venenum
Sæpe ſalus. adeo variat telluſq; ſolumq;.
Baiano ſed ne fumare in littore thermas
Mirere/aut liquidis fluitare incendia venis
Vulcani fora ſulfureis incenſa caminis.
Ipſa monent/late multum tellure ſub ima
Debacchari ignem/campoſq; exurere opertos.
Inde fluit calidum referens ex igne vaporem
Vnda fugax/tectis feruent & balnea flammis.
Hinc etiam ſalſum fontes traxere ſaporem
Et laticem longe ingratus infecit amaror
Tellure incocta exudans/cineriq; maligno:
Quem liquit quondam accenſis fornacibus ignis.

¶ Ammonem, fama eſt, mediis ſub noctibus altum
Feruere, & in mediis rurſum frigere diebus.
Cauſa quidem vel certa ſubeſt: nam frigora noctis
Intus alunt ignes, nocte & vapor æſtuat intus:
Vnde fluunt calidi noctis per tempora riui.
Luce autem, cum Sol terras populatur, & ardens
Exhalat vis, tum venæ recreantur hiantes
Vnde redit gelidus ſua per veſtigia torrens.

¶ Generalis itaq; cauſa. pro tanta rerum (vel in eadem ſpecie) diuerſitate, impræſentiarū ſufficiat. Quis enim vnam naturæ tam ſagaci mirabiliq; legem præſcribet? quando ars quoq; raro legē ferat, a qua nō liceat quædam eximere. Natura igit̄ varietate ſe iactat, quocirca non ſufficit vna pro omnibus aquis dulcibus particularis cauſa.

Cauſa generalis de æſtu maris

¶ Sic maria quoq; nō vnā ſeruant legē omnia. Iccirco Apollonius philoſophus Tianæus generalem dūtaxat rationē de æſtu Oceani Apud Philoſtratum li. vii. cap. v. aſſignat. Oceanus (inquit) a ſpiritibus ſub aqua exiſtētibus impulſus, ex multis hiatibus (qui, partim ſub ipſo, partim in terra circa ipſum, ſunt) ad exteriora diffunditur: Ac rurſus retrocedit: poſtquā velut anhelitus (quē diximus) ſpiritus reſedit. Huic opinioni fidē facit id, quod apud Gades ægrotantibus contingit. Nam quo tempore excreſcens aqua regionem inundat, animæ morientes non deſerunt. Hæc Pythagoricus ille Apollonius Alia autem cauſa ex Alberto recitata eſt ſupra cap. vii. quæ ex aſtris Luna quidem potiſſimū, dependet. ¶ Particulares vero cauſas ſingulorū, in intimis adhuc naturæ ſacris, magna ex parte latitare, nulli q; mortalium adhuc omnes perſpectas fuiſſe, putare oportet, quemadmodū ex Seneca, dictum eſt ſupra li. j. cap. vii. De ſingulis tamē coniectare cauſaſq; rerum pro captu, viribuſq; noſtri intellectus inquirere, & coueniens eſt, & laudabile imprimis.

Finis Cōmentarii in Librum Secundum.

Ingenuo Adoleſcenti Ioanni Geuder Patricio Norico/ ſtudioſo litterarum indagatori Io. Coclæus. S.P.D.

Quẽ his diebus ædidi cõmentariũ in tres Meteororũ libros: Chariſſime Ioãnes tibi præ cũctis nuncupo diſcipulis: ob multas ſane rõnes. Nam & indoles tua: & ingenii acrimonia/parẽtũ itẽ ac auũculi merita me tibi plurimũ deuinxerũt: adeo ſane/vt ſi intellexero/hũc meũ laborẽ vllũ in te fructũ ꝑturire/eius me pæniteat nũq̃. Nã haud parũ refert/q̃bus primũ imbuaris philoſophiæ præceptis: cũ tuos inter germanos præcipue ſis ſtudiis litterarũ mãcipatus/habeaſq; dexteritatẽ ingenii/q̃ longe ꝓgredieris. Ne igiť in primo philoſophiæ oſtio offendaris/aut difficultate rerũ/aut barbarie ſtili: atq; tam ſacro ſtudio ꝑniciose poſthabito/ſiue ad legũ interpretatiões precociter feſtines/ſiue mãſuetiorũ litterarũ dulcedine ineſcatus/meliora prætermitas: hũc libellũ apprime tibi dedico/quo & iucũditate materiæ & ſtili mediocritate pellectus/a ſctõ philoſophiæ ſtudio nõ abſterrearis. Quippe materia eius ſũt impreſſiões/ quæ in ſublimi ꝓcreanť/ Vulgo ſane mirabiles/ſcituq; digniſſimæ carũq; cauſæ cognitu admodũ ob admirationẽ iucũdæ. Stilus vero tẽꝑatus/nõ ad barbariem vſq; demiſſus/ & in textu & in commentario: varius item iam ſoluta iam ligata oratione/vt lectori nullũ afferat tædiũ. Præſtantibus quoq; Authoribus locupletatus. Itaq; & rerũ cognitioni. & manſuetioribus litteris ſimul obnoxius/magis oblectabit/ſpero Te imprimisq & latine & græce mediocriter eruditus/eleg̃ti gaudes ſcribẽdi ſtilo Qꝫ ſi hũc a me audieris libellũ. faciã equidẽ/vt his intellectis/nõ poſſis nõ oblectari in repoſitis naturæ legibus/diligẽter ꝑſcrutãdis/ſtudeaſq; ſimul cũ politioribus litteris & rerũ amplecti ſciẽtiã: animũq; ad altiorẽ facultatẽ fructuoſe præparare. Haud enim dubito/quin aliquãdo (ſi fata te nõ tãgant iniqua) huic noſtræ reipublicæ & vſui & ornamẽto futurus ſis. Quapropter tibi ſummoꝑe annitendũ eſt. vt a maiorũ inſtitutis nõ ſis alienus. ſed eorũ veſtigia. omnibus honorũ gradibus calcata/ diligẽter ſeq̃ris. parentũq; ac totius patriæ de te expectationẽ nõ fruſtreris/atq; Auũculi tui Bilibaldi Pyrckheimer exemplũ ante oculos ponas. cui ꝓfecto ſimilẽ. in tãta omniũ rerũ ſciẽtiarũq; preſtabilitate/nunq̃ (ſi mei iudicio animi credẽdum ſit) ꝓcreauit Germania. Quod tute noſti optime. q in familiã eius aſcitus. quotidie eũ & orantẽ & cõſultãtẽ docentẽq; audis a quo & litteras græcas didiciſti/& ſcis quã locuples ſit ei vel in omni facultate etiã i vtraq; lingua Bibliotheca. Cui tu (ſi litterarũ ſtudiis ipſum. nõ dico æquaueris/ſed diligẽter imitatus fueris) olim ſuccedes: credo: poſſeſſor. Qꝫ ſi te ipſũ nõ neglexeris/æquãdi quoq; ſpem haud dubiã habere poſſumus/cũ ab eo multa iam didiceris/quæ ipſe in tantula ætate neſcierit. Philoſophiã aũt nũq̃ poſthabuit. Tuũ igiť erit/vt & eã amplectaris/& firma altioribus iacias fundamẽta Quo fit: vt te rogẽ hũc noſtrũ libellũ læta frõte/gratoq; animo ſuſcipias: atq; ſi prius Italiã viſeris/ q̃ a me explanari audiueris eũ itineris facias comitẽ/vt meæ erga te charitatis ſit monumentũ. Vale.

PRIMI CAPITIS TERTII METEORORVM NOTE.

Eteſiæ ¶ Ab vrſa:polo arctico. ¶ Eteſiæ venti ſunt/ab vrſa poſt æſtiuales verſiones boreæ liquatis niuibus flantes:& de die ſpirant:nocte vero ſpirare deſinunt.
Ornithiæ ¶ Ornithiæ/venti ſunt ex oppoſito flantes poſt ſolis hyemales verſiones. ¶ Auſtri vero:a meridie ſpirant.
Auſtri ¶ Aeſtiuales verſiones ſunt: ſole ſubeũte Cancrum/ quæ & æſtiuale ſolſtitiũ dicunt᷑. ¶ Hyemales: ſole intrante Capricornũ.quæ brumæ dicunt᷑ ſolſtitium.
¶ Oritur canis:ſole leonem ſubeunte.

TERTIVS LIBER METEORORVM

Tredecim capita continet. Primũ : ventorum cauſas.ipſorũ generationẽ/tria ꝙ exhalatiõe gignant᷑ ſigna. Vnde & quo tpe flent Eteſiæ/ Ornithiæ/& Auſtri. Vbi ventorũ incipiat motus.
¶ Vẽtorũ cauſæ. Efficiẽs:Sol & Aſtra. Materia:exhalatio calida & ſicca. ¶ Ventorũ generatio:Halituum (quẽadmodũ dictũ eſt)duæ ſunt ſpecies. Hæc calida & humida:quæ vapor dicit᷑. Hæc vero calida &ſicca: quæ nuncupat᷑ exhalatio. Et ſicut cœlo circũlato eleuat᷑ vapor:q frigido denſante ac cõſtringẽte iterũ recidit in aquã.quæ hanc ob cauſam crebrior hyeme atq; nocte fit/diſtribuiturq; in omnẽ terrã. ¶ Ita a ſole & cœlo eleuata exhalatiõe gignit᷑ ſpiritus. Et neceſſe eſt nõ mõ humida & calida eleuari:ſed & calida & ſicca/ naturæq; igneæ:quorũ copia in terra plurima eſt. Et apparet ad latus & trãſuerſe nũc hac/nũc illac (quem

Halituum duæ ſpẽs.

Ventorum generatio.

admodũ dicit͛)agitari atq; flare.¶Neq; verũ eſt:aerẽ ſpiritũ/& nubẽ:idẽ ſubſtãtia eſſe.vt aerem in quiete: ventũ ipſo agitato & ad latus fluente:nubem vero cũ denſetur/craſſiorq; fiat:in pendulo viſibilis apparẽs. Nam vapor/calidus & humidus eſt:vt potẽtia aqua. Huicq; ſymbolũ habẽs:eleuatus facile ſtillat ĩ aquã. Exhalatio autẽ calida & ſicca:ex qua ſumit͛ ſpiritus. Neq; põt eſſe aer fluens.Nam vt de fluuiis eſſe oportet principiũ aliquod vnde fluere incipiãt:ita de vẽtis Quod minime/ q diffiniũt eum aerẽ motũ & fluentẽ/ aſſignare poſſunt.¶Tria ꝙ exhalatiõe gignat͛/ſigna

Ventũ exhalatione gigni tria ſunt ſigna

Primũ:quia ſicut multo eleuato vapore maior gignit͛ pluuia/& minore minor:ita multa eleuata exhalatiõe fit ſpiritus maior/& minore minor:& ſuis tpibus (vt fieri nati ſunt)fiunt:Hinc anni pluuioſi / hinc ventoſi fiunt/nunc hæc pars anni/nũc hæc regio.Secundũ.qa ſpiritus ceſſare facit pluuiã:itidẽ & pluuia ventũ.qa ſunt contrarii:& contingit alterũ in alterũ ꝑmutari.Et eleuato vapore:exiccata manet terra.ex q̃ exhalatio expirat/& ſurſum ducitur:venti materia.quam ſæpe vapor ſuperior & infrigidatus reprimit.Tertiũ.quia plurimi venti fiunt ab vrſa & meridie:quia ſol inter vtrunq; meat:& multos eleuat vapores/& exhalationes multas:vnde nubes & venti fiant.quas non diſgregat:quia remotus ſit & virtutis ad hoc inualidæ. Neceſſario tamen vapores multos & exhalationes (vt ex viridibus lignis) eleuar.Et ab ortu & occaſu & tropicorum loco naſcuntur pauciores:ꝙ ſua illic fortitudine materiam diſpergat & conſumat.neq; valdẽ

frigido tempore:ꝙ frigus exhalationem extinguat.

¶ Vnde & quo tpe flent Eteſiæ/Ornithiæ/& Auſtri.

Eteſiæ flāt poſt tropicum cācri.

Eteſiæ flant ab Arcto poſt ſolis æſtiuales verſiones & Canis ortum:boreæ liquatis niuibus & gelu. flantq; de die/& nocte deſinunt.diei enim calor exhalationē eleuare ſufficit:& illorum inducere flatus:Nox autem frigida/niues ī die liquatas regelat/flatuſq; reprimit: q niſi orto iam ſole & nouos reparāte halitus/nouāq; præbente materiam flare non incipiunt.

Ornithiæ

Et Ornithiæ poſt hyemales verſiones ab oppoſito naſcuntur loco: Eteſiis debiliores/minuſq; continui. ſed interpolles/ ac interciſi/ꝙ ad nos veniētes a ſole(ſub cuius latione ipſas ferri oportet)diſſoluāť.Auſtri vero poſt Aequi noctialem verſionem a meridie oriuntur & ſpirant.

¶ Vbi incipit ventorum motus?

Motus vētorū a ſurſum eſt pricipium

Ventorum obliquam eſſe lationem manifeſtum eſt:& ſurſum illius motus eſt principiū.Nam exhalatio a terra ſecundū rectum eleuatur:quæ ſurſum(ne altius feratur) offendens ob ſtaculum:ad latus conuertiť & in obliquum meat.Fit autem id manifeſtum/cum nubes aut caligo pendula fuerit:cuius motum ſtatim ſpiritu/vt flabello agitāte percipimus. valentiorq; fit circa terrā: & materiā illic ex qua gignať habet copioſiorē.Habet itaq; deorſum & a terra materiam:ſurſum vero ſuæ obliquæ lationis initium.Et ſicut flumina vbi ortus principia habent: parua ſunt.longius vero procedentia:ſemp noua reu mata & materias colligētia/increſcunt/maioraq; eua dunt:ita & venti vbi ortum habēt:modici/longe vero progredientes:inſignes fiunt.

Tertius liber/vt eſt cæteris lõgior/ita & ſcitu dignior

Nam mirabiliorũ rerũ cauſas ptractat Ventorũ inq̃;/Terræmotuũq; ac fulminũ. quæ exhalatione fiunt. Halonis inſup Iridiſq; ac parahe liorũ atq; virgarũ/quæ vapore cõſtãt ſpeculari ex luminis refractiõe

Materia tertii libri.

¶ Primã itaq; de Ventis agitur. Nam & frequentius accidunt/& de ipſis maior eſt inter ſapientes diſcrepantia. De eis tria ponit philoſo phus capitula. Primũ. Ventorũ naturam explicat & generationem: Secundũ ceſſationẽ eorũ ſimul & Zonas terræ. Tertiũ. proprietates ſituſq; vẽtorũ. In primo capite tres præcipue opiniones referre libet. Primũ quidem Ariſtotelis. Secundã Senecæ. Tertiam Democriti. Q; ſi cõmodum eſſe videbitur/poetarũ quoq; ſubiungetur fabula

Opinio Ariſtotelis.

¶ Quid eſt Ventus? Eſt exhalatio calida & ſicca/circa terram latera liter mota. Quõ generatur? ſic. Calore ſolis & aſtrorũ ſurſum ducit ex terra/calida & ſicca exhalatio. quæ frigore mediæ regionis/ aut nubis denſitate ꝓhibet/ne altius pergat. At cum ſit leuis/ſuapte na tura non deſcẽdit. Eligit itaq; motũ lateralem/qui naturalis ſane ipſi eſſe dicit/perinde atq; æſtus mari: ꝙ a corporibus cœleſtibus (q̃bus inferiora naturaliter ſubdunt ac parent) cauſet vterq;.

Generatio Venturum A

¶ Sunt autẽ quatuor Ventorũ principia: Materiale/exhalatio calida & ſicca. Formale/motus lateralis: Efficiens/ primũ q̃dẽ Sol attrahẽs proximũ vero frigus obſtans atq; ꝓpellens: Finale autẽ eſt cõmotio Aeris. ne ex nimia quiete putreſcat. Hæc ex. S. Thoma. Cæterũ Al bertus magnus in cõmẽtario ſuo/aliter habet. Abſq; dubio (inquit) Ventus cauſaliter eſt vapor terreus. Et flatus venti in primo flante eſt motus illius vaporis a ſurſum in deorſum. Flatus autem paſſiuus/eſt aer impulſus a vapore illo. Et hũc flatũ paſſiuũ/ antiqui dicebãt eſſe ventũ. Vapor autẽ terreus/diuerſa ratione/eſt materia/efficiens & ra dix venti. Materia (inquit) ſecundũ quod ventus dicit actiue: q̃a flat Illud autẽ quod flatur/eſt aer. Efficiens vero venti/ per motũ ſuum. Eſt deniq; radix eius/ſecundũ genus ſuũ. per formas frigidi & ſicci/ quæ dominant in ipſo. Hæc ille. Cætera textus proſequitur.

Quattuor Ventorum principia.

Duplex flatus ſe cundũ Al bertum

Opinio Senecæ. Li.V.

¶ Quid eſt Ventus? Eſt fluens aer. Quidam (inquit) ita diffinierũt: Ventus eſt aer fluens in vnam partẽ. Hæc diffinitio videt diligẽtior Quia nũq̃; aer tam immobilis eſt: vt nõ in aliq̃ ſit agitatiõe. Quod ex hoc intelligi licet. Cum ſol in aliquẽ clauſum locum infuſus eſt/ videmus corpuſcula minuta in aduerſa ferri/alia ſurſum/alia deor

Quid eſt Ventus ſe cundũ Se necam

ſum, varie cōcurſantia. Nemo aquā fluere dicit, ſi tantū intra ſe mo‑uetur. ſed ſi aliquo fertur. Ventus itaq; eſt aer fluens in vnā partē Aut aer fluens impetu: Aut vis aeris in vnā partē euntis: Aut curſus aeris aliquo concitatior. Hoc ergo intereſt, inter aera & ventū. quod inter lacum & flumen. Hæc Sen.

Auguſtinus i eadē ſentētia

¶ Ei aſtipulatur Aug. in li. de Quantitate animæ. Ventum (inquit) nihil aliud. quā iſtum aerē cōmotū ac agitatū eſſe ſentimus. Quod cum euenerit occultiore quodam motu cœleſtiū vel terrenorū corporū, ꝑ magnū ſpaciū mundi, vētus vocat. Ex diuerſis partibus cœli. nomina etiam diuerſa ſortitus.

¶ Idem ſentiūt Plinius, Vitrubius, Iſidorus, ac plæriq; alii de philoſophia haud male meriti. ¶ Sed nec Ariſtoteles multis eos reprobat rationibus. Niſi ꝙ non vident aſſignare principiū quo aer moueat, quando fit ventus. Ipſi vero vtiq; aſſignant.

Principiū vēti ſecundū Sen. duplex

¶ Seneca. Aliquando Aer per ſe ſolum, cauſa venti eſt: fundens rigentem aera. & ex denſo coactoq; explicās in vniuerſum. Habet enim aer naturalem vim mouendi ſe: cum aqua motum ſuum habeat. & quieſcētibus ventis. Aliquando. cum magna & cōtinua ex imo euaporatio in altū egit quæ emerſerat. immutatio ipſa alicuius mixti in ventū vertitur. Nam ex aquarū, terrarūq; euaporationibus eſt grauitas Aeris. deinde ſoluitur impetu, cūq; denſa ſteterant. vt eſt neceſſe, extenuata, nituntur in amplioren locum. Hæc Sen.

Secūdum guilhelmū de Cōchis triplex

¶ Guilhermus item de Conchis tres cauſas ventorum aſſignat. Prima eſt reflexio Oceani: Ex partium nanq; eius occurſu (quod & Macrobius affirmat) oriuntur venti. Secunda fumus aſcendens qui reluctatur nubi, cōmouetq; aerem. Tertia Pars aeris. quæ cauernas terræ ſubintrat: alia exire parante. Ex quo conflictu aer motus. regio ventorum dicitur.

Secūdum Plinium Quintuplex

¶ Præterea Plinius libro. ii. qnq; principia paucis enumerat. Primū. Aſſiduus mundi incitus & contrarius ſyderum occurſus. Secundum Generabilis ille rerum naturæ ſpiritus, huc illucq; tanquā in vtero aliquo vagus. Tertium. Aer diſparili errantiū ſyderum ictu, radiorūq; multiformi iactu flagellatus. Quartum, quia venti a ſuis ſyderibus exeūt his propioribus. Quintū. forte ab illis (inquit) cœlo affixis cadunt. Etenim palam eſt. illos quoq; legem habere naturæ. nō ignotam. etiam ſi nondum percognitam.

Ex libro de naturis rerum

¶ Poſtremo in libro de naturis rerum, hoc aſſignatur ventorū principium. In terra eſt abyſſus profundiſſima: cuius fontes olim in diluuio rupti fuiſſe leguntur. Iuxta hanc loca cauernoſa ſunt. & ſpeluncæ late patentes. Ex his ergo venti, de ſpiramine aquarū cotra‑

piuntur: qui & ſpiritus procellarũ dicuntur. Hæc & ſimilia de ventorum principio coniectant philoſophi. ¶ Verum enimvero cum certitudine huiuſmodi pernoſcere/ſoli deo arbitror eſſe integrũ/qui pducit(vt inqt Pſal) vẽtos de theſauris ſuis. id eſt. de occultis cauſis

Opinio Democriti.

¶ Quid eſt Ventus ſecũdũ Democritũ? Athomorũ in aere cõgregatorũ diſſociatio Nam cũ anguſto inani multa ſunt corpuſcula(quæ ille Athomos vocat) ſeq ventũ/aſſerit Democtitus. At cõtra quietũ ac placidum eſſe aeris ſtatũ. cũ in multo inani/pauca ſunt corpuſcula. Quẽadmodũ in foro aut vico/q̃diu paucitas eſt/ſine tumultu ambulant: vbi vero turba in anguſtum cucurrit, aliorũ in alios incidentiũ rixa fit. ¶ Hanc opinionẽ reprobat Seneca tribus experimentis. — Generatio ventorũ ex democrito

¶ Primũ/quia tunc minime ventus eſt. quãdo aer nubilo grauis eſt: Atqui tũc plurima corpora ſe i anguſtũ cõtulere. & inde eſt ſpiſſior nubium grauitas. ¶ Secundũ. quia circa flumina & lacus frequens nebula eſt/artatis/cõiunctiſq; corporibus/nec tamẽ ventus eſt. — Reprobatio per tres rationes

¶ Tertium. quia interdum multa caligo effundit. vt conſpectum in vicinio ſtantiũ eripiat: Atqui nullum tempus magis q̃ nebuloſum caret vento. Relinquitur ergo hæc opinio tanq̃ improbabilis cum Athomis Democrito peculiaris. Nunc ad textum philoſophi reuerti libet. De Eteſiis & aura paucula referẽdo.

¶ Eteſiæ græce/dicunt annui latine. Qꝛ inter omnes vẽtos hi magis ſunt ſtati/ſinguliſq; annis certo tpe redeunt. ¶ De quibus ſic ſcribit Pli. li. ii. Eteſiæ noctu deſinunt flare/& a tertia diei hora oriuntur. In Hiſpania & Aſia ab oriẽte flatus eſt eorũ. In Ponto ab Aquilone reliquis i partibus a meridie. Spirãt & a Bruma. q vocanẽ Ornithiæ ſed leniores & paucis diebus. ¶ Et Seneca li. v. Eteſiæ(inqt)hyeme non ſunt. quia breuiſſimis diebus Sol deſinit. priuſq; frigus euincat Itaq; niues cõponunt & durant. Aeſtate incipiũt flare: & cũ lõgius extendit dies/& recti in nos radii dirigunt. Veri ergo ſimile eſt. concuſſas calore magno niues. plus humidi efflare. Item terras exoneratas niue retectaſq;/ſpirare liberius. Item plura ex Septẽtrionali parte cœli corpora exire/ & in hæc loca. quæ ſubmiſſiora ſũt ac tepidiora deferri. Sic ille Eteſiarũ flatus æſtatem frangit/& a menſium feruentiſſimorũ grauitate defendit. Vocant autẽ Somniculoſi ac delicati a nautis: qꝛ neſciunt mane ſurgere. — Eteſiæ vẽti annui. B — Plinius — Seneca

¶ Præter Eteſias ſunt & alii venti/extra cõmunẽ vẽtorũ aſſignationem. vt ſubterranei. Auræ & Antelucani. — Alia vẽtorũ genera.

Subterra-nei venti. Ex Sen.

¶ De ſubterraneis quidẽ ſic ſcribit Seneca li.v. Nõ tota ſolido con textu terra i vnũ vſq; fundat/ſed multis partibus caua/& cæcis ſuſpẽ ſa latebris/alicubi habet inania ſine humore. ibi etiã & ſi nulla lux/ diſcrimẽ aeris mõſtrat/dicã tamen/nubes/nebulaſq; in obſcuro con ſiſtere. Ex illis ergo ſubterraneis nubibus/ſciemus inter obſcura nu triri flatus/qui tantũ viriũ fecerint/quantũ aut terræ obſtãtia auferãt/ aut aliquod apertũ ad hos efflatus iter occupẽt/& p hãc cauernam in noſtras ſedes efferant.

Ex Plinio

¶ Et Pli. li.ii. Sine fine(inqt)vẽtos generant quidã etiã ſpecus. Qualis in Dalmatiæ ora/vaſto i præceps hiatu: in quem deiecto leui põdere/q̃uis trãquillo die/turbini ſimilis emicat pcella. Et in Cyrenaica puincia/rupes quædã Auſtro tradit ſacra: quã pphanũ ſit attrectari hominis manu/cõfeſtim Auſtro inuoluẽte harenas. In domibus etiam multis/manufacta incluſa opacitate cõ ceptacula/auras ſuas habẽt: Adeo cauſa nõ deeſt. Sed plurimũ inter eſt/flatus ſit an vẽtus. Illos flatos atq; pſpirãtes/quos nõ tractus aliqs Verũ terræ ſentiũt: q nõ aura/nõ pcella maris/ſed appellatiõe quoq; ipſa vẽti ſũt.

Auræ le-nes venti

¶ Aura aũt(inqt Sen)lenior eſt vẽtus. Virgilius li. iiii.

Dulcis compoſitis ſpirabat crinibus aura

Aurora

¶ Eſt autẽ gratiſſima in æſtate æſtuãtibus. Ab aura deriuat aurora: quæ pprie eſt/ipſe ſolis aſcenſus: id eſt/prima pars diei: In qua ſolet pulſu Solis aer cõmotus aurã facere. Nã etiã anteq̃; appareat/lumine ipſo valet: & aera/quẽ nondũ oſtẽdit/radiis impellit. iã tantũ laceſſit & irritat luce præmiſſa. Nam cũ ipſe pceſſerit. alia ſupius rapiunt/ alia tepore finiunt. Ideo nõ vltra matutinũ illis fluere dat. nã omnis illorũ vis cõſpectu ſolis extinguit. Facit enim ventũ Solis ortus/nõ calore tantũ/ſed etiã ictu. Lux enim. quæ ſolem antecedit/nondum aera calefacit. ſed pcutit tantũ. Percuſſus autẽ in latus cedit. fit q; vẽtus. antelucanus. Hoc autẽ ventorũ genus incipit Ver. nõ vltra æſtatẽ du rat. Hæc Sen.

Venti ante lucani.

Pontanus de Auris

¶ Cæterum De Auris ita canit Pontanus.

Sæpe etiam rapidum ad Solem/medioſq; per æſtus
Colle vel aerio/aut vdi prope littoris oram
Aut propter liquidas nebuloſi fluminis vndas
Aeſtatem indomitam increpitans/Zephyroſq; ſilentes
Aurarum gelidas ſenſi properare cohortes
Solis anhelantes pellunt quas axe quadrigæ.
Ipſæ iter intenduntq; fuga/truduntq; repulſum
Aera/qui tenues motu fouet incitus auras
Adiuuat & mare cõmotum/fluuiiq; receſſus
Hinc mulcent teneræ ſummotis æſtibus auræ.

¶ Poetæ aūt fabulant̄/vētos patriā habere Aeolias inſulas regemq; Aeolum illis præeſſe. Teſtante Virgilio. j. Aeneidos his verſibus. — Fabula poetarū de vētis Ex Virgilio


Nimborum in patriam/loca fœta furentibus Auſtris
Aeoliam venit/hic vaſto rex Aeolus antro
Luctantes ventos/tempeſtateſq; ſonoras
Imperio premit/ac vinclis & carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum clauſtra fremunt/celſa ſedet Aeolus arce
Sceptra tenens/mollitq; animos/& temperat iras.
Ni faciet/maria ac terras/cœlumq; profundum
Quipppe ferant rapidi ſecum/verrantq; per auras.
Sed pater omnipotens/ſpeluncis abdidit atris
Hoc metuens/molemq; & montes inſuper altos
Impoſuit/regemq; dedit/qui fœdere certo
Et premere/& laxas ſciret dare iuſſus habenas.

Hæc poetæ. ¶ Cæterū Varro ſcribit/ Aeolum regē fuiſſe Aeoliarū: quæ ſunt poſt fretū Siciliæ/ex quarū nebulis/ & ex fumo Vulcaniæ inſulæ/ prædicēs futura vētorū flabra: ab impitis viſus eſt/ vētos ſua poteſtate cōtinere. Idē referūt & Pli. li. iii. & Strabo li. vi. — Expoſitio huius Fabulæ

SECVNDI CAP. NOTE.

¶ Inhabitabile/male habitabile. ¶ Prodromi/venti octo diebus fere ante canis ortum exorientes — Prodromi venti

¶ A d circulus cancri. b e/circulus Aequinoctialis. c f circulus Capricorni. c d/Zodiacus. g h circulus arcticus. i k. circulus Antarcticus. L polus arcticus nobis apparens. m/polus antarcticus occultus. Spacium a c d f Zona torrida. Spacium a g d h/Zona media habitata. Spaciū g l h/Zona arctica/frigore inhabitata. Spacium c i f k/quarta Zona & mediæ habitatæ oppoſita. i k m Zona antarctica frigore/ vt g h l/ inhabitata. Minor circulus/terra eſt: in qua ſecundū ꝓportionem conſimiliter & conſimilibus litteris hæ quinq; Zonæ ſunt ſignatæ. o. mare Indicum. p/ mare Gaditanum. o p/ maris Indici ad Gaditanū & Herculeas columnas diſtantia.



Cā ceſſati-
onis vēto-
rum
C

SEcundū caput cōtinet ceſſationis ventorū & cōmotionis cauſas.& quinqꝫ Zonarū terræ declarationē. ¶ Ceſſationis ventorum cauſæ primo.ſol calore ſuo nimio ſpirituū materiā diſſipans ac diſſoluēs/cito terrā exiccās.priuſq̄ꝫ multū

habet exhalationẽ:vẽtos ceſſare facit. Quẽadmodũ ſi paruũ cõbuſtibile in magnũ ignẽ ꝓieceris:ſæpe priuſq̃ʒ fumũ emittat aduritur. quapropter circa Orionis ortũ & vſqʒ ad Eteſias & prodromos:maxime fit tranquillitas. Secũdo. idẽ facit validũ frigus poros terræ cõſtringens/& nihil expirare ſinens. Cauſæ vero his oppoſitæ:vẽtorũ faciũt cõmotionẽ.

D

¶ Quinqʒ Zonarũ terræ declaratio.

Quinqʒ Zonæ terræ.

Quinqʒ ſunt in terra Zonæ. Vna vbi Sol ſemp̄ diſcurrit:feruẽtiſſima & inhabitabilis æſtu. Secũda inter circulũ noſtri poli & primã intercepta: quæ frigore& æſtu temperata:habitata eſt. Tertia eſt arctica/quæ ſemp̄ a ſole plurimũ diſtãs:frigore riget/ & frigore inhabitata. Quarta eſt ex oppoſito ſecũdæ inter illam torridã & ſole ſup̄ meante vſtam: & occulti poli circulum media. ſic temperie ſe habẽs: vt quæ eſt apud nos habitata. Quinta vero eſt antarctica & verticis ſemp̄ latentis.

Terra ſecũdũ circulũ habitari nõ põt

¶ Vnde fit vt terra ſecundũ circulũ habitari nequeat. Nam ſecundũ longitudinẽ quæ de polo ad polum attendit: ꝓhibet nũc frigus nũc calor Et ſecundũ latitudinẽ quæ de oriẽte in occidentem & occidẽte in orientẽ exiſtit:defendit aquarũ multitudo Et multũ differt habitationis longitudo a latitudine. vt diſtantia maris Indici ad Herculeas columnas/ & ex Aethiopia ad Meotidẽ & extrema Scythiæ loca: eſt plus q̃ʒ quinqʒ ad tria. Nouerunt hæc/qui nauigationes & vias peregerũt:& itinera ipſa & ſpacia mẽſi ſunt. Et extrema horum locorum inhabitata manent: hæc frigore/hæc æſtu/hæc aquarũ immenſitate.

E

¶ Et ſicut ventos in noſtra habitabili collocauimus:

cõſimiles ex parte alterius poli intelligere debemus.
Vt ſicut a noſtro polo ſpirat Boreas/ & non pertingit
alterũ polũ:ita quoq; ex alterius poli parte alius flat
Boreas:qui ad nos vſq; noſtrũq; polum non ꝑtingit.
Auſter ¶ Neq; Auſter ab altero flat polo:ſed ab æſtiuali flat
verſione & exuſto loco. Ille enim locus ꝓpter ſolis vi
ciniam nõ habet aquas/ neq; paſcua/ neq; gelu/ neq;
niuẽ:propter quorũ liquefactionẽ fieri poſſint Eteſiæ
Quia tamẽ locus ille maior/amplior/& expãſior: ma
gnus eſt Auſter & verior Borea/& magis huc ꝑtingẽs
Sed de his hactenus. Nunc de ventorũ: poſitione di
cendum eſt.

¶ Poſita ventorũ generatione/& eius cauſa/nũc de vẽtorũ ceſſatiõe
duas affert cauſas:ſubnectitq; quinq; Zonarũ terræ diſtinctionẽ.vt
C cõmodius poſſit in ſequentibus intelligi ventorũ poſitio.
Triplex cã ¶ Poteſt autẽ triplex colligi cauſa interpolationis ventorũ. Prima
ceſſationis Aeſtus ſolis.quo vapor venti cõſumit̃. Secũda frigus intenſum.quo
Ventorum pori terræ claudunt̃/exhalationẽq; expirare ꝓhibet̃. Tertia Imber/q
poros terræ replet/ſpiritũq; intus cõceptũ includit. Aut exhalationẽ
Plinius ſurſum ductam ſecũ ſine flatu deprimit. ¶ Pli.li.ii. Sol(inquit) &
auget & cõprimit flatus: Auget exoriens/occidenſq;/cõprimit meri
dianus æſtiuis tꝑibus.Itaq; medio diei aut noctis.plærunq; ſopiunt̃
quia aut nimio frigore/aut æſtu ſoluunt̃. Et imbribus vẽti ſopiunt̃.
Expectant̃ autẽ maxime/vnde nubes diſcuſſæ adaperuere cœlum.

Terræ diuiſio.

D ¶ Præter Polybiũ(q ſex aſtruit)oẽs Coſmographi. vt Hipparchus
Quinq; Artemidorus Poſſidonius Eratoſthenes/ Strabo Ptolemæus/ Pom-
Zonæ ponius Plinius &c: omnes inquã/terrã in qnq; Zonas diſtinguũt:
tantũ. Secundũ quinq; ꝑalellos/ſignatos in cœlo. Quarũ differẽtia præci-
pue ex habitu caloris accipitur. Nam mediam (vt ait Mela) æſtus in
feſtat/frigus vltimas:Reliquæ habitabiles.paria agũt anni tꝑa/verũ
nõ pariter: Antichthones alterã/nos alterã incolimus. De iis quinq;
Zonis ſic canit Virgilius. j.Georgicorum.
Virgilius Quinq; tenent cœlum Zonæ/quarum vna coruſco

Semper ſole rubens/& torrida ſemper ab igne eſt
Quam circum extremæ/dextra leuaq; trahuntur
Cerulea glacie concretæ atq; imbribus atris.
Has inter/mediamq;/duæ mortalibus ægris
Munere conceſſæ diuum. ¶ Ouidius. i. Metamor.
Vtq; duæ dextra cœlum: totidemq; ſiniſtra
Parte ſecant Zonæ/ quinta eſt ardentior illis.
Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem
Cura dei/totidemq; plagæ Tellure premunt.
Quarum quæ media eſt/non eſt habitabilis æſtu:
Nix tegit alta duas: totidem inter vtraſq; locauit.
Temperiemq; dedit mixta cum frigore flamma.

Ouidius. i Metamor.

¶ De eiſdē Zonis ꝑpulcre ſcribit Macrobius li. ii. de Somnio Scip. Cuius verba(ꝙ eiuſdē cū iis ſint ſentētiæ/i præſentiarū omittere libet ¶ Queſtio eſt. Quare Ariſtoteles Geographis cōtrariat in terræ poſitiōibus? Ponit enim latitudinē ab oriēte in occidentē. Longitudinē vero a meridie ad Septētrionē. Geographi aūt cōtrario mō ſtatuūt. ¶ Reſpōdet. Id ideo accidere. Qꝛ philoſophus terræ poſitionē ſumit ex poſitiōe cœli. Docuit aūt in ſecūdo de cœlo & mūdo. Longitudinē attēdi a polo ad polū/tāq̄; a ſurſum ad deorſum. Latitudinē vero/ab oriēte ad occidētē/tāquā a dextro i ſiniſtrū. Ideo terræ eaſdē quoq; poſitiōis differētias aſcribit. ¶ At vero Geographi habitabilis terræ quātitatē mēſurāt. quæ vtiq; ab oriēte i occidentē lōgius ꝓtēdit q̄; ab Auſtro ad Aquilonē. Ideo hinc latitudinē/ illinc longitudinē recipiūt.

cōtrarietas inter Ariſtotelē & Geographos Cōcordia

¶ Quātitatē lōgitudinis ſic definit Pli. li. ii. Pars (inquit) noſtra terrarū/ambiēte Oceano/velut innatās inſula/ longiſſime ab ortu & occaſu patet (Hoc eſt/ab India ad Herculis colūnas/Gadibus ſacratas) Octuagies quinquies cētena ſeptuaginta octo milia paſſuū. vt Artemidoro placet Authori. Vt vero Iſidoro. Nonagies octies & decē & octo milia.

Lōgitudo terræ habitabilis.

¶ Latitudo autē terræ A meridiano ſitu ad ſeptētrionē: dimidio fere minor colligit/quinquaginta q̄tuor miliū. ſexaginta duo. Quo palā fit/q̄ntū & hic vapor abſtulerit/& illinc rigor Neq; enim deeſſe arbitror terris/aut nō eſſe globi formā/ſed inhabitabilia vtrinq; incōperta eſſe. Iſidorus tamē adiecit. xx. milia vſq; ad Tylen: quæ cōiectura diuinatiōis eſt. Ego nō minore/q̄; ꝓxime dicto/ſpacio Sarmatarū fines intelligo. Vnde vlteriorē inhabitabilis plagæ mēſurā/multo eſſe maiorē arbitror. Nā & Germaniæ imēſas eſſe inſulas/nō pridē cōpertas/cognitū habeo. Hæc Pli. Et reuera longe maior eſt habitatæ nūc terræ menſura/ quā veteres iſti Geographi

Latitudo

Maior nūc quā olim terræ habitatæ q̄ntitas.

deſcripſere. Nam vltra Gangem Indiæ immenſa ꝓtendit̃ terra, cum maxima orientis inſula Zipangri. Africa quoq; vltra tropicum Capricorni longe fertur extenſa. Vltra Tanais item oſtia plurima habitatur terra. ad mare vſq; Glaciale. Quid' q̃ noua illa Americi terra, admodum nuper inuenta. vel tota Europa maior eſſe dicit̃. Quo fit vt longiores nunc tam in longitudine, q̃; in latitudine termini habitabilis terræ aſſignari debeant: quam aut hic Ariſtoteles. aut Strabo li. iii. definierit.

Ambitus terræ q̃ntus

¶ Totius autẽ orbis terræ ambitus (inquit Author Sphæræ) Authoritate Ambroſii, Theodoſii, Macrobii, & Euriſthenis philoſophorũ. ducenta quinquaginta duo milia ſtadiorum continere diffinit̃. Vnicuiq; quidem. ccclx. partiũ Zodiaci (quas gradus vocamus) ſeptingenta ſtadia deputando. Ptolemæus autem vni graduum in cœlo, deſignat ſolum quingenta ſtadia, in ſupficie terræ.

Myrias

¶ Atvero ipſe Ariſtoteles in fine Secũdi de Cœlo aſſerit: Mathematicos ambitui terræ tribuere Quadraginta ſtadiorum Myriadas. hoc eſt. Quadragies decem milia ſtadiorũ: Vna enim Myrias decẽ milia cõtinet. Faceret itaq; totius terræ ambitus q̃dringẽta milia ſtadiorũ.

Spiſſitudo terræ

¶ Spiſſitudinẽ aũt terræ (quæ ſecũdũ eius Diametrũ ſumit̃) Autor ſphæræ definit octogitamilia. clxxxi. ſtadiorũ. Inſup & ſemis & tertiæ partis vnius ſtadii. Quãtitas ſane Diametri ex Periferia cognoſcit̃, & cõtra.

Terra cœlo cõpata, puncti inſtar eſt

¶ Verũ enivero quãq; hæc ad nos relata. ꝑmagna eſſe vident̃. Ad cœli tamen ſpacium (Authore Boetio li. ii. de conſolatione philoſophiæ) Tantus ille terræ ambitus. puncti rationem obtinet. id eſt. vt ſi ad cœleſtis globi magnitudinẽ cõferat̃. nihil ſpacii prorſus habere iudicetur. Huius igitur tam exiguæ in mũdo regiõis quarta fere portio eſt (Probante Ptolemæo) quæ nobis cognitis animantibus incolat̃. Huic quartæ, ſi, quantũ maria: paludeſq; premũt. quantũcũq; ſiti vaſta regio diſtenditur: cogitatione diſtraxeris, vix anguſtiſſima inhabitãdi hominibus area relinquet̃. Sed ne longior ſit digreſſio. de Terræ menſura ſatis.

E

Duo Hemiſphæria

¶ Quando dicit textus. Ab altero polo, alius flat Boreas. Id certe ideo accidit (vt docet Strabo li. ii.) Quia orbis terræ per Aequinoctialẽ bipartitus eſt: In Hemiſphæriũ aquilonare (i quo nos ſumus) & in Auſtrale: in quo ſũt Antichthones. Sunt autem ambo Hemiſphæria eiuſdẽ rationis i exceſſu & defectu caloris. Proinde ſicut terræ climata in Auſtrali Hemiſphærio collocantur ſimilia iis. quæ in noſtro deſignata ſunt: Ita & cõſimiles ventos aſſignare, admodũ rationabile eſt. Nam & alter polus. vt noſter. frigidus eſt.

TERTII CAPITIS NOTE.

¶ Oriens Aequinoctialis: eſt vbi ſol oritur quando intrat arietem.

¶ Aeſtiualis: vbi oritur quando intrat Cancrum

¶ Hyemalis vero: vbi orit̃ quãdo intrat Aegocerotẽ.

¶ Et conſimiliter occidens Aequinoctialis/Aeſtiualis & hyemalis: vbi in illis ſignis occidit.

¶ Aegoceros/Capricornus.

A	Subſolanus/Apeliotes	B	Fauonius/Orithya
C	Auſter	D	Boreas/Septentrio/Aparctias
E	Phenicias/Cæcias/Helleſpontius	F	Africꝰ/Libs/Notus
G	Eurus/Vulturnus	H	Corus/Zephyrus/argeſtes/Olympias
I	Euroauſter.	K	Traſceas/Circius
L	Libanotus	M	Aquilo/Meſes

Meſes ſimplo ſ dicitur: ꝙ Boreæ & Pheniciæ medius ſit.



TErtiũ cap. continet ventorũ ſituationẽ & qui adinuicẽ ſint contrarii. Eorũ naturas & complexiones. ℭ Quomodo venti ſituent̃ & qui adinuicẽ ſint cõtrarii. Id hoc modo deprehẽdimus. Intelligat̃ circulus Horizon(eſt enim is circulus: qui partem cœli viſam dirimit a non viſa) Sitq; a oriẽtis Aequinoctialis punctus. b occidẽtis pũctus ei oppoſitus. Et intelligat̃ recta a b. Sit iterũ, c pũctus

Poſitio xii Ventorũ Horizon

meridiei.d ad vrſam punctus oppoſitus. Et ducatur linea c d. quæ diametralter ſecabit a b. Iintelligo præterea e punctũ oriẽtis æſtiualis: & f punctũ occidẽtis/ oppoſitũ: eorũ vero lineã e f. g punctũ oriẽtis hyemalis. h punctũ occidẽtis/oppoſitũ: eorũ lineã g h. Intelligo deniq; i punctũ mediũ inter g orientẽ hyemalẽ & c punctũ meridiei/ & k eius oppoſitũ: & eorũ lineã i k Et l punctũ inter f occidentẽ æſtiualẽ & punctũ meridiei: m vero punctũ oppoſitũ: & eorũ lineã l m. His itaq; duodecim pũctis ſignatis & eorũ ductis lineis: duodecim in ipſis vẽtos ſituam9 in noſtro Horizonte & Hemiſphærio: Et totidẽ & cõſimiliter ſub altero hemiſphærio locare decebit. ℂ Ventus vero quẽ ſituam9 in a oriẽte Aequinoctiali / & ab ipſo flatũ ducẽs Subſolan9 vocat᷑. Flans vero a pũcto b occidẽtis oppoſito Fauonius ei cõtrarius. Sumunt᷑ enim ſecũdũ Diametrum: ſecundũ quã plurimũ diſtant. Hos autẽ ſupponimus eſſe contrarios. Q uẽ locamus in c: Auſter. Et q eſt in d eius oppoſito: Boreas ei contrarius. Q ui in e oriente æſtiuali inſurgit: Phenicias. ei contrarius in f: Africus. Q ui in g oriẽte hyemali: Eurus. ei cõtrarius in h: Corus. Q ui in i : Euroauſter. ei contrarius in k: Traſceas. Q ui in l: Libanotus. ei vero contrarius in m Aquilo. Et hi præcipui ſunt vẽti: modo quo poſiti ſunt adinuicẽ cõtrarii. Vnde a & c Subſolanus & Auſter/ & ii vniuerſaliter q ſecundũ eandẽ diametrum non ſumunt᷑: cõtrarii nõ ſunt. ℂ Et hi quattuor/ Subſolanus/ Fauonius/ Auſter & Boreas: omniũ principaliſſimi: Et auſtrales ſunt calidi/ Boreales frigidi/ Orientales minus auſtris calidi/ occidentales vero minus borea

Venti contrarii

Quattuor Precipui

libus frigidi. Et plures venti ex parte Boreæ gigni videntur: quia illic plurima nix & aqua: quæ vbiq; liquata ſpiraminũ materiam præſtet. ¶ Eorum naturæ & cõplexiones.

F

Venti contrarii non flãt ſimul.

Venti contrarii: ſecundũ Diametrũ ſe ſimul flare nõ permittunt: ſed valentior debiliori obluctatur violentiamq; infert: & ipſum ceſſare cogit. Venti oppoſiti maxime flant circa tempora oppoſita. Vt Phenicias circa Aequinoctiũ veris/ Africus circa Autũnale/ circa æſtatẽ Zephyrus/ circa hyemẽ Eurus.

Contrarii cõtraria faciunt

¶ Oppoſiti vẽti idem aut oppoſitũ faciunt. vt Eurus & Corus in principio ſiccant. Auſter calet/ Boreas algidus eſt. Et ſeriem ſequendo: ſubſolanus/ Phenicias/ & Eurus/ tepidi ſunt. Eurus in principio ſiccus / conſummans aquoſus Subſolanus: minus ſiccus. Phenicias: non ſerenus. trahit enim ad ſe vapores & nubes. hinc exiit puerbiũ. Trahit ad ſe malum: ſicut Cæcias nubẽ & eſt humidus. Fauoni9/ Africus/ & Corus/ ſuffrigidi

G

Corus ſiccus in principio: aquoſus ĩ fine. Auſter Euro auſter/ & Libanotus/ calidi ſunt. Auſter: noxius. Libanotus/ magis humidus: vicini Africi & noti naturam participans: ¶ Sereni ſunt Boreas/ Traſceas/ Aquilo.

Septẽtrionales ſereni.

alios ceſſare faciũt: prope flantes & vehemẽtes. Aera purgant: hinc ſerenitatẽ adducũt/ niſi ſint vehementia frigidi. tunc enim plus coagulant & cogunt q̃ʒ propellant. Boreas grãdinoſus/ Aquilo niuoſus: frigidiſſimi maxime coruſcationẽ facientes. Et Corus cum his in natura conuenit. Boreas ſaluberrimus. Et de ventis tantula ſufficiant.

¶ Poſteaq̃; in ſuperioribus generaliter de ventorũ omniũ generatione/ ceſſatione diſſeruit: In hoc capite/ ſingulorũ & poſitionẽ oſtẽ

dit. Primũ quidẽ ex poſitione numerũ eorum colligens, dein ex proprietate contrarietatem. De numero itaq; ventorum primũ agendũ eſt. Secundo de tempore. Tertio de cõmoditate. Quarto de proprietatibns ventorum.

¶ De ventorum numero non idem ſentiunt Poetæ, Philoſophi, & Nautæ. Nam poetæ ſolum quattuor præcipuos & cardinales aſſignant. Philoſophi ſuperaddũt octo collaterales. Nautæ vero (qbus maior eſt experiẽtia) ex particularibus locis ventos diſcernunt: colligunt itaq; in Oceano Britannico & Germanico .lxiiii. Sed quatuor eſſe principales, apud omnes ratum eſt. ¶ Pli. li. ii. Veteres (inquit) quatuor omnino ſeruauere ventos per totidẽ mundi partes. Ideo nec Homerus plures nominat. Quem ſequutus deinde Ouidius. in. i. Metamor. ſic enumerat ventos.

Numerus ventorum varius.

Quattuor venti præcipui.

Ouidius

Eurus ad Auroram, Nabathæaq; regna receſſit:
Perſidaq;, & radiis iuga ſubdita matutinis.
Veſper & occiduo quæ littora Sole tepeſcunt
Proxima ſunt Zephyro. Scythiam ſeptemq; Triones
Horrifer inuaſit Boreas. contraria tellus
Nubibus aſſiduis, pluuioq; madeſcit ab Auſtro.

¶ Et Manilius

Manilius:

Aſper ab axe ruit Boreas: fugit Eurus ab ortu:
Auſter amat medium Solem: Zephyruſq; profundum.

¶ Pontanus item

Pontanus

A ſummo Boreas, Notus imo ſpirat Olympo:
Occaſum inſedit Zephyrus: venit Eurus ab ortu.

¶ Seneca li. v. Venti (inquit) quattuor ſunt. Quidã illos duodecim faciũt: Quattuor enim cœli partes. in ternas diuidũt, & ſingulis vẽtis binos ſubpræfectos dant. Hac arte Varro vir diligens illos ordinat. Nec ſine cauſa. Non enim eodem ſemp loco Sol oritur aut occidit. Qui igit̃ duodecim ventos eſſe dixerunt, hoc ſecuti ſunt: Totidẽ ventorum eſſe, quot cœli diſcrimina.

Seneca

¶ Sunt tamen (inquit Seneca) quidã venti quorundã locorũ ꝓprii: qui nõ tranſmittũt, ſed in proximũ ferunt. Non eſt illis a latere vniuerſi mũdi impetus. Atapulus Apuliam infeſtat: Calabriam iapyx Athenas Scyron: Pamphiliã Chagreus, Galliam Circius. Cui ædificia quaſſanti, tamẽ incolæ gratias agũt, tanq; ſalubritatẽ cœli ſui debeant ei. Diuus certe Auguſtus, cum in Gallia moraret̃, templum illi & vouit & fecit. Infinitũ eſt, ſi ſingulos velim ꝓſequi. Nulla enim ꝓpemodũ regio eſt, quæ nõ habeat aliquẽ ſtatum, ex ſe naſcentẽ. &

Vẽti vni regiõi peculiares.
Seneca

Ex Plinio circa ſe cadentẽ. Hæc Seneca. ¶ Ei cõcordat Pli. li. ii. Quidã (inqt) ſunt etiam quibuſq̃ gentibus peculiares venti. non vltra certũ proce dentes tractũ. Vt Athenienſibus Scyron, paulo ab Argeſte deflexus reliquæ greciæ ignotus. Item in Narbonenſi prouincia, clariſſimus ventorũ eſt Circius. nec vlli violẽtia inferior: Oſtiam plærũq̃ recto Liguſtico mari perferens: Idem non modo in reliquis partibus cœli ignotus eſt, ſed ne Viennam quidem, eiuſdẽ ꝓuinciæ vrbẽ attingẽs. Et Auſtros in Aegyptum penetrare, negat Fabianus. Quo fit mani feſta lex naturæ, ventis etiam & tempore & fine dicto.

Tempus ſingulorũ Ventorum Ex Plinio ¶ Tempus ventorum docet Pli. li. ii. Ver (inquit) aperit nauiganti bus æquor. Cuius in principio. Fauonii hybernũ molliunt cœlum: Sole Aquarii. xxv. partem tenẽte: Is dies, ſextus eſt, ante Februarias idus. Subſolano datus eſt exortus Vergiliarũ. in totidẽ ꝑtibus Tauri Sex diebus ante Maias idus. quod tempus Auſtrinũ eſt. Ardẽtiſſimo aũt æſtatis tpe, exorit̃ caniculæ ſidus. Sole primã partẽ leonis ingre diẽte. Qui dies. xv. ante Calendas Auguſti eſt. Huius exortũ diebus ferme octo Aquilones antecedũt. quos prodromos appellant. Poſt biduũ autẽ exortus. iidẽ Aquilones cõſtãtius ꝑflant diebus. xl. quos Eteſias vocãt. Poſt eos, rurſus Auſtri ſequẽtes. vſq̃ ad ſydus Arcturi quod exorit̃. xi. diebus. ante Aequinoctiũ Autũni. Cũ hoc Corus incipit: Corus autũnat. Poſt id Aequinoctiũ. diebus fere quattuor & . xl. Vergiliarũ occaſus hyemẽ inchoat. Ante Brumã autẽ ſeptem diebus, totidem q̃ poſtea, ſternitur mare Halcyonũ fetuæ (& inde ii dies nomẽ traxere) Reliquũ tempus hyemat.

Quattuor ex vẽtis cõ moda, re ferẽt Seneca ¶ De ventorũ vtilitate ſic habet Seneca li. v. Plurima ſunt (inquit) ex vẽtis naturæ cõmoda. ¶ Primũ. vt aera nõ ſinerẽt pigreſcere, ſed aſſidua vexatione vtilem redderẽt. vitalemq̃ tractaturis. ¶ Secundũ vt imbres terris ſubminiſtrarẽt. iidemq̃ nimios cõpeſcerẽt. Nam mõ adducũt nubes, mõ deducũt. vt ꝑ totũ orbem pluuiæ diuidi poſſent. In Italiam Auſter impellit. in Africam Aquilo reiicit. Eteſiæ nõ pa tiunt̃ apud nos nubes cõſiſtere: iidem per totã Indiã & Aethiopiã, continuis ꝑ id tempus aquis irrigant. ¶ Tertiũ. Qꝛ fruges ꝑcipi nõ poſſunt. niſi flatu ſupvacua & mixta ſeruãdis ventilent̃. Niſi eſſet, quod ſegetẽ excitaret, & latentẽ frugẽ, ruptis velamẽtis ſuis (quæ fol liculos agricolæ vocãt) adaperiret. ¶ Quartũ ꝙ omnibus inter ſe po pulis cõmerciũ dedit. & gẽtes diſſipatas locis, miſcuit. ingẽs naturæ beneficiũ. ſi illud in iniuriã ſuã nõ vertat hominũ furor. Non tamẽ

Quare deus dedit ventos. de Authore noſtro deo queri poſſumus. ſi beneficia eius corrumpa mus, & vt eſſent cõtraria, efficiamus. ¶ Dedit ille ventos, ad cuſto

diendā cœli terrarūq; temperiē/ad euocandas ſupprimēdaſq; aquas: Ad alendos ſatorū atq; arborū fructus/ quos ad maturitatē cum aliis cauſis adducit iſta iactatio/attrahēs cibū in ſumma/& ne torpeat/ p mouens. Dedit vētos in vlteriora noſcēda: Fuiſſet enim imperitum animal/& ſine magna experiētia rerū homo. ſi circūſcriberet natalis ſoli fine. Dedit vētos/vt cōmoda cuiuſcūq; regionis fierēt cōmunia/ Nō vt legiōes/eqtēq; geſtarēt: nec vt pniciosa gētiū arma trāſueherēt

¶ Proprietates ventorū luculenter exprimit Textus. Sed & Plinius. quaſdā adhuc alias pmit. In totū (inquit) omnes a Septētrione & occidēte ſicciores/q; meridie & oriēte. Saluberrimus aūt omniū Aquilo: noxius Auſter. minus eſurire credunt/eo ſpirante/animantes. Permutant ii duo naturam cum ſitu: Auſter Africæ ſerenus/ Aquilo nubilus. Auſtro maiores fluctus ædunt/ quā Aquilone. quoniā ille infernus ex imo maris ſpirat. hic ſummo. Ideo poſt Auſtros noxii præcipue terræ motus. Noctu Auſter. Interdiu Aquilo vehementior. Proprietates vētorū. Ex Plí.

¶ Dicit philoſophus. Venti cōtrarii nō flant ſimul. Id ſic intelligi debet. Simul. Hoc eſt/in eodē tpe & in eodē aeris ſpacio. Nam ſæpe accidit. Auſtrum in imo ſtagnare ac in pelagus obtinere. Atq; ſimul eodē tpe Aquilonē in ſublimi predominari. vti accidit circa Nilum quod & ipſe atteſtat philoſophus ſupra li. j. de Cometis F Quō venti contrarii ſimul flare poſſunt

¶ De his vētis contrariis ſic habet Ouidii Metamorphoſis. De Auſtro quidem. Madidis Notus euolat alis. Ouidius de Noto

Terribilem picea tectus caligine vultum
Barba grauis nimbis/canis fluit vnda capillis:
Fronte ſedent nebulæ/rorant pennæq; ſinuſq;.

¶ Boream vero ſic loquentem inducit De Borea

Apta mihi vis eſt/hac triſtia nubila pello
Hac freta concutio/nodoſaq; robora verto:
Induroq; niues/& terras grandine pulſo.

Quædam de Ventis Problemata.
Ex Ariſtotele: Sectione. xxvi.

Plurima habet philoſophus in pblematibus/de natura Vētorū/quorū nōnulla huc acceſſere libet/p ampliori ipſorū cognitione: primū quidē de Auſtro & Aquilone cōtrariis adinuicē/q cæteris ſunt vehementiores/eo q nō habēt cōtinuū ſolem/vt alii in ortu aut occaſu.

¶ Primum. Cur Aquilones Anniuerſarii (id eſt Eteſiæ) fiant. Auſtri non fiant. An Auſtri quoq; fieri poſſunt/ſed non continui? Quia initium Auſtri longe a nobis eſt. Aquilonis in vicinio eſt/ De Aquilone & auſtro ſex pblemata.

quippe cum ſub Aquilone habitemus. Item Aquilones anniuerſarii tranquillo aere ſpirant, quippe qui per æſtatem moueri ſoleant: Auſtri vero oriuntur, cum aer minus quieſcit. Adde etiam, ꝙ Auſter humidus eſt, humido autem ſuperior locus alienus.

¶ Secundũ. Cur Aquilo crebrius quã Auſter ſpiret. An quoniam Aquilo parti orbis terrarũ habitatæ vicinus eſt. Idcirco latere nõ põt Simul enim ex ſui tp̃is breuitate & ſpirat & adeſt. At Auſter, quia e longinquo admodũ, niſi vehemẽs ſit, venire non poteſt

¶ Tertium. Cur Auſtri in hyeme, atq; ineunte Vere, atq; Autumno ceſſante, ſpirare ſoleant, vndabũdiq; ſint, & contortuoſi, atq; Africæ non minus frigidi, quã regioni noſtrati Aquilones. An ꝓpterea, ꝙ Sole ꝓpinquo, ſpiritus moueri neceſſe eſt: Sol autẽ p̃ hyemẽ Auſtrũ verſus perfert, & ineunte Vere, deſincteq; Autumno, iam calefacere incipit: Aeſtate cõtra, ſeptẽtriones petit, & loca relinquit meridiana. Calidus aũt propterea eſt: quia aere Africæ miſcetur. qui calidus eſt. Hinc etiam in mare irrumpens, ingentes excitat fluctus.

¶ Quartũ. Cur Auſter non incipiens, ſed deſinens imbrẽ afferat. Vtrũ ꝙ aerem cogit e longinquo, quo coacto, aqua exprimĩt: Cogĩt autẽ poſteaquã ceptũ eſt. An quoniã incipiẽte, calidus adhuc aer eſt. quippe qui ꝓfectus a calido ſit: proceſſu autẽ temporis refrigeratus, in aquã melius conſiſtere poteſt.

¶ Quintũ. Cur Auſtri ſicci, & omnino aquæ expertes, febres cõtrahant. An quoniã humorem calidum, alienum in corporibus creant. Quippe qui natura humidi & calidi ſint. Quæ quidem qualitates febrificæ ſunt: Febris enim earum conſiſtit exuperantia.

¶ Sextum. Cur Aquilo interdiu ſpirat ingenuus: noctu deſiſtit? An ꝙ imbre gignĩt congelato, cum Solis calore reſpirandũ eſt: ergo ſternĩt noctu, quia ſol abeſt, q gignẽdi cauſa eſt. Hæc de Auſtro & Aquilone.

De Fauonio Quatuor

¶ Cæterum de Fauonio quoq; nõnulla enumerare libet.

¶ Primum. Cur afflante Fauonio, canes veſtigia minus valeant cõperire. An quia plurimũ hic ventus confundit. quoniam ventorum omniũ continentiſſimus eſt. maximeq; terram attingit.

¶ Secundũ. Cur nubes maximas Fauonius agit? An quia de alto ſpirat, regioneq; maritima nubes p̃ ampla ſpacia colligit ampliores

Fauonius iucũdiſſimus vẽtorum

¶ Tertium. Cur Fauonius ſerenus, ac iucundiſſimus ventorum omniũ eſt, & qualẽ Homerus flare p̃ campos Elyſios carmine illo dixit. Sed Zephyri aſſidue ſpirant auræq; ſalubtes.

An ꝙ Aeris temperiem plæne obtinet: Neq; enim calidus eſt,

vt qui de meridie ortuq; ſpirant/neq; frigidus.vt qui de Septẽtriona-
libus euomunt.ſed medium frigidorum & calidorum flatum tenet.
Quod cum vtriuſq; in vicinio ſit particeps.vtrarumq; viriũ euadit:
Itaq; temperatiſſimus eſt. & vere maxime ſpirat.

¶ Quartum.Cur Fauonius/horis poſt meridianis ſpirare/nõ mane ſoleat. An q; Sol magna ex parte/vel oriens vel occidens/author ſpirituum eſt: Quotiens enim aerem humidum tepefaciendo ꝓcoquit. atq; diſcernit. In ſpiritum ſane illum extenuat. Qꝫ ſi tantiſper acciderit/vt aer ſpirantiuſculus ſit/magis magiſq; a Sole vertetur in ſpiritũ Quotiens igitur Sol in exortu eſt.procul a Fauonio abeſt(hic enim ab occaſu ſe promit)& cum iam occidere proximus eſt.aer omnino extenuatus diſcretuſq; fluit. Subſolanus quoq; eam ob rem mane ſpirare incipit.Hæc Ariſtoteles. ¶ Cæterum pro lucidiori vẽtorũ intelligentia quattuor adhuc ciere libet problemata.

Quattuor extra Ariſtotelẽ ꝓblemata

¶ Primum.Cur venti ſiccant/cum frigidi ſint? An quoniam/ qui frigidiſſimi ſunt/vaporem eliciunt. At quomõ Auſter qui humidus eſt. ſiccat? Reſpõdet Guilhermus de Conchis. Ventus qui humidus eſt/etiam eſt calidus.Calor vero ſiccitatem operatur.

¶ Secundũ. Cur venti amplius ſiccant/q; Sol? An quia vaporem non ſolum euocant/verumetiam adducunt. Sol autẽ relinquit.

G

¶ Tertium.Cur vnus ventorum Cæcias nubes ad ſe trahit: Cæteri nãq; vnde ſpirant/inde tantũ expellunt. Vtrum vẽtus aduerſus/ eodẽ in tempore ſpirans/id facit? An ſi hoc eſſet/haud vnquam latere potuiſſet.Etenim ſpiritus hic/ſuapte natura/circulari linea fertur: Ergo cæteri per terram vagant̃.Hic cœlum verſus/ſuæ lineæ cauũ erigens/ non ad terram reſupinans/originem ſuam repetit.Itaq; nubes facile ad ſe ducit.

¶ Quartum.Cur venti oblique potius quã ſurſum mouent̃/cũ ſint leues natura? An quia frigus mediæ regionis exhalatiõi quæ ſurſum ducitur obſtat/deiicitq;:Calor vero reſiſtens.in latus fertur.

¶ Teſtante Pontano his carminibus.

Pontanus de motu obliquo Ventorũ

Ipſa etiam partim leuis aſpiratio vt alte
Fumida/partim etiam grauis/ vt tellure remiſſa
Atq; illinc facile admittit reſoluta calorem/
Hinc percuſſa gelu riget/ac denſata graueſcit
Inde etiam tranſuerſa ruit: Nam frigore abacta
Ne ſurſum penetret/mixtoq; calore retenta
Ne cadat in præceps/tranſuerſum impellat/oportet
Aera. Et tantũ de ventis

QVARTI CAP. NOTE.

❡ Ruina/caſus.

H

Opinio Anaxagoræ

QVartum cap. cõtinet tres de terræ motu opiniones. Primæ reprobationẽ. & tertiæ tribus rationib9. ❡ Tres de terræ motu opiniones ❡ Prima eſt Anaxagoræ. Inquit enim Anaxagoras Clazomenius/partẽ ſphæræ quæ ſupra nos eſt: ſurſum eſſe/& quæ ſub pedibus: eſſe deorſum. & aerẽ natũ ſurſum ferri. qui in eius inferiora cõcaua incidẽs immo vero ab inferiori parte totũ quatiẽs: facit terræ motũ. Sed hæc cauſa vſq; adeo exilis & parua eſt/ſuũ q̄ prodẽs defectũ: vt vix reprobatione egeat. Stultũ eſt enim putare/ignẽ in altero horizonte non ſimiliter ad cœlũ ferri: ſicut in noſtro habitato apparet. & illic cœlum nõ eſſe ſurſum: terrã vero in medio globoſam. vt hic deorſum. Et q̄ ab inferiori aere cõcuſſa tremat & moueat̃: hoc terræ motus nõ conuenit accidẽtibus: nam vbiq; tremeret. Tremit autẽ certis in locis/regionibus/atq; tp̄ibus.

Opinio Democriti

❡ Secũda eſt Democtiti. dixit enĩ Democritus Abderites terrã plænam aqua/& aquam multã ex pluuia recipere: quæ(cũ ſuſceptacula plæna ſint) exuberans facit terræ motum/& terrã in concaua decidere.

Opinio Anaximenis.

❡ Tertia eſt Anaximenis Mileſii. inquit enĩ terram deplutam ſiccari/& fortiter ſiccatam rumpi: & ab his fruſtis ruinam/præcipitiũq; facientibus cõcuti fieriq; terræ motum. Hinc quoq; fit in magnis ſiccitatibus fieri videri/& etiam in pluuioſis: q̄ ſuper humectata ruinæ iam præparata cadat. Sed non ita eſſe videt̃. ❡ Primo qa oporteret terrã iam multipliciter ſubuerſam/ruinãq; feciſſe: apparere. ❡ Secundo. qa hæc

cauſa eſſe non poteſt circa aliqua loca frequenter trementia: vbi talis exceſſus ad alia nõ eſt. ℂ Tertio. qa oporteret ſemp minores & pauciores terræ motus futuros expectare, & tandẽ ceſſare: ꝙ terra tantum deciderit vt nõ amplius ſit terræ tremor futurus. Hoc autẽ eſſe nõ põt: q̃re neq̃ hæc cauſam eſſe: exiſtimãdũ eſt.

¶ Poſteaq̃ philoſophus ventorũ cauſas, differẽtiaſq̃ ac ꝓprietates demõſtrauit. Nũc de terræ motu ꝑtractare intẽdit. Nam ex eadẽ conſtant materia & ventus & terræ motus. Quod enim in aere eſt vẽtus hoc eſt in terra ſpiritus, terram cõcutiens. At primũ aliorũ opiniones recitat, reſecatq̃. tanq̃ a vero exorbitantes: Deinde in ſequẽti capite ꝓpriã ꝓfert ſentẽtiã. ¶ Præmittit itaq̃ tres opiniones. Quarũ primã ob manifeſtũ defectum. nõ reprobat magnopere. Secundã omnino nõ carpit. Qꝛ prius ſufficiẽter reprobata ſit. li. ii. cap. viii. de Tartaro aquarũ. Tertiã vero tribus impugnat rationibus: ſed breuibus: ꝙ facile quoq̃ ſit, eius ꝑdere defectum. In Germania enim & Sarmatia plærũq̃ cadit pluuia. Tremit autẽ terra ibi rariſſime. Et cõtra in Aſia rariores ſunt pluuiæ. creberrimi autẽ terræ motus. Nõ igitˀ ꝓueniũt ex terra depluta, quæ ſiccata. rimis cõcidens tantũ excitet tumultum. H Tres opiniones in textu

¶ Seneca li. vi. multo plures refert Antiquorũ opiniões de tam terribili naturæ conatu. Cum excuſatione (inquit) veteres audiẽdi ſunt: Nulla enim res cõſummata eſt, dũ incipit. Cauſam itaq̃, qua terra cõcutitˀ. alii in aqua eſſe. alii in ignibus. alii in ipſa terra. alii in ſpiritu putauere. In aqua cauſam eſſe. nec ab vno dictũ eſt. nec vno modo. Sex aliæ Ex Seneca

¶ Thales Mileſius. totã terrã ſubiecto iudicat humore portari & innatare. Hac (inquit) vnda ſuſtinetˀ orbis. velut grande nauigiũ. Illud argumenti loco ponit, aquas eſſe in cauſa quibus hic orbis agitatur: ꝙ in omni motu maiore: erumpunt fere noui fontes. ¶ Hanc opinionem eſſe falſam (inquit Seneca) non eſt diu colligendũ. Nam ſi terrã aqua ſuſtineret. & ea aliquãdo cõcuteretˀ, ſemꝑ agitaretur. nec agitari illam miraremur, ſed manere; cũ tota concuteretˀ, nõ ex parte Nunq̃ enim nauis dimidia iactatur. Prima opinio eſt thaletis Reprobatio.

¶ Quidam motum terrarũ aquæ imputauere, ſed nõ ex eadẽ cauſa: Nõ eſt diu ꝓbandũ. inquiunt. in terra multas aquas eſſe, vbi omnes ſunt: Neq̃ enim ſufficeret tellus, ad tot flumina ædenda. niſi ex repoſito, multoq̃ funderet. Si hoc verũ eſt, neceſſe eſt, aliq̃ndo illic amnis excreſcat, & relictis ripis, violentus in obſtãtia incurrat, ſicq̃ fiat mo Secunda

tus alicuius partis. In quã motus impetũ dedit. & aquã. donec creſcat
Reprobatio. verberabit. ¶ Hanc opinionẽ Seneca nõ reprobat hic: quoniã prius reprobata eſt li. ii. ca. v. & viii. Nõ enim naſcunt flumina ex aqua terræ repoſita. Nec eſt tanta in terra vorago, cum ſit corpus ſolidum cæteriſq; magis craſſum, & præcipue iuxta cẽtrũ habet partes magis vnitas. q ob grauitatẽ omnes partes ad mediũ ſubſidere conantur. Et quomodo poſſent tantã terræ molem cõcutere, lacus ſubterranei tam pigri immobileſq;? Requirenda eſſet pfecto iterũ cauſa. quæ
Tertia opinio eas aquas cõmoueret, & vnde increſcerẽt. ¶ Quidã in igne cauſam eſſe autumant. Nam ignis in terra cõceptus, pluribus locis obuius ardet. & proxima quæq; conſumit. Quæ ſi qnando exeſa ceciderint. ſequitur motus partiũ ſuperimpoſitarũ, tunc hiatus vaſti aperiuntur. Nutant autẽ ſæpe partes diu, priuſq; labant: Quẽadmodũ & apud nos in vrbis incendio fieri conſpicimus. Vbi diu agitata tectorum faſtigia concidũt. & tamdiu increta ſunt, donec in ſolido reſederint ¶ Habet hæc opinio confirmationẽ, ex ignibus Aetnæis, Aeoliiſq; cæteriſq; locis ſulphureis. vbi crebri fiunt terræ motus.
Reprobatio. ¶ At vniuerſalem cauſam ipſius motus nõ tangit. Non enim ſemp erũpit ex terræ motu ignis. nec fit ſolũ in locis ignitis & ſulphureis.
Quarta ¶ Quidam pbabilius in igne cauſam poſuere, hoc modo. Nam cũ pluribus locis ferueant terræ. neceſſe eſt, ingentẽ vaporem ſine exitu voluant. qui vi ſua ſpiritum intendit. & ſi acrius inſteterit. oppoſita
Reprobatio. diffindit. Si vero remiſſior fuerit. nihil amplius q; mouet. ¶ Hæc opinio facit ad augmẽtũ cauſæ ſed vniuerſalẽ certe cauſam tremoris non præſtat. Spiritũ ſane eſſe. qui moueat. & plurimis & maximis
Quinta authoribus placet. ¶ Quidam ſic ratiocinant Sicut corpus noſtrũ & ſanguine irrigatur & ſpiritu. qui per ſua itinera decurrit: Sic hoc totum terrarũ omniũ corpus, & aquis (quæ vicem ſanguinis tenent) & ventis (quos nihil aliud quã animã vocant) peruiũ eſt. Hæc duo alicubi concurrunt, alicubi conſiſtunt. Sed quẽadmodũ in corpore noſtro. dum bona valitudo eſt. venarum quoq; imperturbata mobilitas. modũ ſeruat. At ſi aliquid aduerſi eſt. micat crebrius. & ſuſpiria atq; anhelitus laborantis ac feſſi ſigna ſunt. Ita terræ quoq;. dum illis poſitio naturalis eſt. concuſſæ manent. Cum aliquid peccatur. tunc velut ægri corporis motus eſt, ſpiritu illo (q modeſtus pfluebat) icto vehementius & quaſſante venas ſuas.
Reproba. ¶ Hæc opinio peccat in Analogia Terra enim animal non eſt. igit nec ſana. nec ægra. Proinde non mouetur ob ægritudinẽ aliquam.
Sexta: quã Seneca amplectit. ¶ Quidam deniq; ſic differunt. Terra non eſt ſine ſpiritu: non illo

dico/quo ſe tenet/ac partes ſui iũgit(qui ineſt etiam ſaxis/ mortuiſq; corporibus)ſed illo dico/vitali & vegeto/ac alente omnia. Hũc niſi haberet/quomodo tot arbuſtis ſpiritum infunderet/non aliunde viuentibus & tot ſatis? Quemadmodũ tam diuerſis radices aliter atq; aliter in ſe merſas foueret/quaſdam ſumma receptas parte/quaſdam altius tractas: niſi multum haberet animæ/tam multa/ tam varia generantis/& auctu atq; alimento ſuo educantis? Quod ſi verum eſt/ neceſſe eſt/id ſæpe moueat/quod re mobiliſſima plænum eſt. Nũqd enim dubiũ cuiq; eſſe poteſt/quin nihil ſit tam inquietum/ quã aer/ & tam verſabile/& vagatione gaudens? Sequitur ergo/vt naturam ſuam exerceat/& quod ſemper moueri vult/aliquando & alia moueat. Id quando fit? Cum illi curſus interdictus eſt. Nam quãdiu nõ impeditur/it placide: Cum offenditur & retinetur/inſanit/& moras ſuas arripit: Qui quo valentior agiliorq; eſt/citius eripitur: & vehementius ſeptus omnes diſturbat/ac motum efficit.

¶ Cuius rei argumentũ eſt. ꝙ corpora quoq; noſtra. nõ aliter tremũt quã ſi ſpiritũ aliqua cauſa conturbat. Cum timore contractus eſt: cũ ſenectute langueſcit/& venis torpentibus marcet: cum frigore inhibetur/aut ſub acceſſio[...] [...]u ſuo deiicitur. Nam q̃diu ſine iniuria perfluit/& ex more procedi[...] [...]ullus eſt tremor corpori.

Similitudo terræ motus in corporibus noſtris

¶ Huic opinioni magis quã cæteris adheret Seneca. ¶ Ei aſtipulatᷣ & Lucretius his verſibus.

Lucretius:

Diſpertitur/vt horror/& incutit inde tremorem.
Frigus/vt in noſtros penitus cum venit in artus
Cocutit inuitos/cogens tremere atq; moueri

¶ Plinius autem li. ii. Aſtrologorum refert opinionem. qui in aſtra cauſam retorquent. Babyloniorum(inquit)placita/motus terræ hiatuſq; ac cætera omnia/vi ſyderum exiſtimant fieri: ſed illorum trium quibus fulmina aſſignant. ¶ Verum enimvero huiuſmodi commotionis cauſam/pia religio/potius diuinæ iræ atq; vindictæ in ſcelerũ noſtrorum vltionem aſcribit. quã philoſophicis modo dictis rationibus. Vocem etenim dominus dedit ſuam/& contremuit terra. Nõ dum profecto tãta nobis eſt cum deo familiaritas/ vt nos participes ſecretorũ omniũ eſſe voluerit. ¶ Magis tamen ex cauſis naturalibus ea amplexanda eſſe videtur quam aſſignat in ſequenti capite noſter Ariſtotiles./qui ex intimo philoſophiæ adyto/in naturæ ſecreta/ altius deſcendiſſe videtur.

Cã terræ motus ſ̃m aſtrologos ex Plinio.

Cã deo potius attribuitur.

QVINTI CAPITIS NOTE.

¶ Helleſpõtus/ſtrictū mare:quod a Tenedo ſamata in cõſpectu Troiæ inſula ad Propontidē protenditur.
¶ Euboia/percelebris inſula/Atticæ adiacens.
¶ Spaſmus/corporis contractio.
¶ Tetanus/ſpaſmi ſpecies.

QVintū cap. cõtinet cauſas terræ motus. eius generationē. Decē/ꝙ ab exhalatōe pueniat: ſigna. Et ſeptē eius accidentia. ¶ Terræ motus cauſæ. Efficiens: Sol & Aſtra/ & ſpiritus terra incluſus. Materia: exhalatio. ¶ Eius generatio. Terra naturaliter ſicca eſt: aquæ multitudinē in ſe cõtinens: quæ a ſole calefacta & multis (quæ in ſe tenet) igneis corporibus: multū ſpiritū intra ſe cõcipit. q qa ſubtiliſſimus/ocyſſimus/ & vehemētiſſimus eſt: huc illuc euagatus & diſcurrens/terra vehemēter cõcuſſa: plærūq; eius motū & tremorē parit. quærit enim exitū & in ſuū locū euolare. At aliquãdo totus exit: flamma plærūq; ex colliſione concepta. Aliquando vero ſine flamma: aliquãdo pars exit/pars autē altera cõſtricta atq; clauſa manet. Vnde fit: vt neq; aer neq; aq̄ faciãt terræ motū. ¶ Decē ſigna ꝙ ab exhalatione & ſpiritu proueniat terræ motus. ¶ Primū. quia plurimū fit trãquillo tempore: ꝙ exhalationes plurimæ in terra ſint recluſæ. Et quanto plures: maior fit. quanto vero pauciores: minor. Eſt enim ſpiritus cõtinuus: quē oportet aut intra aut extra fluctuare. ¶ Secūdū. quia maxime fiūt de nocte & circa diluculum: quia ſoleant tūc incipere flatus. & in meridie: ſi contingant in die: quia ſol maxime obtineat & exhalationē declinet in terram.
¶ Tertium. quia circa ſubter antroſa/ ſubterq; inania

Quō generat Terræ motus

Fit trãqllo tempore

Fit de nocte.

Fit circa loca maritima

K

loca (in quæ defluat mare) ſæpe intremiſcit tellus Hac de cauſa ſæpe fit circa Helleſpontũ/Achaiam/Siciliã/Euboiã:& Thermæ circa Edipſum factæ ſunt. Fit enĩ illic anguſtia. & maris multitudo in terrã ſpiritũ iterũ repellit efflare nitẽtẽ: anguſtat/atq; premit. ℂ Quartũ quia maxime fiunt terræ motus vere & autumno/tem poribus pluuioſis/& in ſiccitatibus: qa enim hæc tpa ventoſa ſunt & pluuioſa: præbẽt multã in terra exha lationis generãdæ occaſionẽ. ſic autẽ illã recluſam mõ ſtrãt/& ad ſpirituũ generationẽ aptitudinẽ ℂ Quintũ quia ſpirituũ impetũ / vimq; agitãdi præualidã perci pimus nõ modo in aere: vbi ſolidiora robora vellunt᷑/ ædificia funditus euertunt᷑. ſed & in corporib9 anima lium: vbi ſæpe ſpiritus clauſus facit tremorẽ/ quod & ſæpe accidit poſt vrinæ emiſſionẽ: & ſæpe mẽbrorũ cõ tractionẽ/& ſpaſmũ inducit & Tetanũ. Et aliquando vſq; adeo mẽbra valide agitat/mouet & cõcutit: vt in tremula & qeta teneri haudquaq̃ȝ poſſint. Obtinere itaq; in terra nõnunq̃ȝ ſpiritum: veriſimile exiſtimare oportet. ℂ Sextum. quia tpibus noſtris accidit terræ motus: q prius nõ deſtitit q̃ȝ ventus egreſſus fuiſſet vt Eteſias. ℂ Septimũ. quia circa Heracleam in põto idẽ accidit. Factus enim extitit terræ tumor/vt collis: quo tandẽ diſtẽtione rupto ingẽs & multus erupit vẽtus/ ignẽ & cineres eleuãs. & Lipareorũ vrbẽ nõ lõge hinc exiſtẽtẽ ambuſſit: vertitq; in fauillas. Et flatũ dirigẽs in Italiã: vrbib9 Italicis multa attulit incõmoda: quod & pri9 accidit circa ſacrã inſulã: quæ eſt vna Aeoliarũ inſularũ. ℂ Octauũ. qa ſæpe ſoni exhalatõe cõſtricta cauſant᷑: queẽadmodũ a lõge ſon9 maris repcuſſi exau

Fit Vere & Autumno

Vis ſpiri tuum.

Erũpit ven tus ſciſſa terra

Sol prius ſubobſcurus

dit̃.¶ Nonũ.qa paulo ante terræmotũ ſol obſcur9ſine nube videtur: hoc enim facit apparere egrediens ſpiritus.& ad aurorã tranquillitas & frigus: ob ſpiritum calidum recluſum. Et poſt occaſum ſerenitate exiſtẽte: nubecula ſtricta & longa porrecta videtur vt terræ motus prænũcia. quẽadmodũ in maris fluxibus accidit præcurrere tenuem vndam:quam gens maris finitima/aquæ filum nuncupat. ¶ Decimum. quia ſæpe circa lunæ eclipſes cõtingũt terræ motus: ꝙ tunc marceſcat calidum/& eo tempore flatus agitari ſoleant.

Duratio terræ motus.

¶ Terræ motus ſeptem accidentia. ¶ Primum.terræ motum ad quadraginta dies ſe extendere cõtingit: & viſus eſt aliquãdo per duos annos circa eadem loca perduraſſe. Hoc enim facit ſpiritus multitudo/ & laterum terræ cõcuſſorum ſoliditas & præſtata reluctantia: vt ſpiritus animantiũ corporib9 clauſus nõ repẽte ceſſat/ſed longa mora fit marcidus.

Mugitus terræ L

¶ Secundũ.fiunt ſoni in terræ tremoribus.Nã percuſſus aer& ſpiritus/omnimodos emittit ſonos:itidem & percutiẽs. Nihil enim differt.Repercutit̃ enim repercutiens omne. Et præuenit ſonus terræ motum.nam magis ſpiritu: per omne penetrat ſonus. Et ſi exhalatio nõ ſufficeret agitationẽ inducere:ſonus ſine terræ motu audiret̃.quod ſæpe iam accidiſſe viſum eſt. Offendẽs enim ſpiritus ad ſolidas moles/omnimodarũq; figurarũ. omnimodos ædit ſonos pro varietate cauernarum/cuniculorũ/atq; antrorũ diuerſos: vt aliqui aliquando prodigia enarrantes dixerint/viſam nonnũq̃ mugiſſe terram.

Erũpit aq̃ q̃ndoq; ex motu terræ

¶ Tertiũ.cũ terræ motu aliquãdo magna aquæ multitudo erupit:ꝙexhalatio eam/extra pepulerit: vt aquæ

fluctus nonnũq̃ȝ extra terminos. Et circa Achaiam cõ
trariis ſpiritibus/interiore: Boreæ motũ imitãte/ extra
vero Auſtro: factus eſt terræ motus & apertio/ & tãta
maris eruptio/pellente auſtro. vt Cataclyſmus factus
ſit. Et aquæ: terræ motũ nõ faciũt: patiunť enim ſolũ.
Spiritus aũt illius (vt dictũ eſt) cauſa eſt & principiũ:
& vt ſpiritus ſedimentũ factus eſt Cataclyſmus.
¶ Quartũ. terræ motus ſecundũ modicã terræ partem
fiunt: ſpiritus autẽ ſecundũ ipſius amplitudinem.
¶ Quintũ. interdũ fit multæ exhalationis in latũ (vt
tremor quidã) agitatio: interdumvero in altũ vt quidã
pulſus. Et q fit in altũ plus agitat: multãq; a ꝓfundo
enaſcentẽ manifeſtat exhalationẽ. Eum tamen qui al
ternatim in altũ vibrat & alternatim reſidet/ tripudio
aſſimilis: & cũ cõcurrẽtia tecta cõtrario ictu arietãt (q̄
alter motus alteri reniti videať) minus periculoſum ꝑ
hibent. ¶ Sextũ. vbi fit talis Sciſmus & ſpũs eruptio:
multi lapilli ebullire ſolẽt. Sic enim circa Sympolim
euenit: cum Sciſmo euerſa loca fuere/ & campus: quẽ
Phlegræũ dicunt. Idem & circa Liguſticam regionem
eueniſſe/ memoria ꝓditũ eſt. ¶ Septimũ. in ponticis
inſulis minus cõtingit terræ motus q̃ȝ in cæteris. Nam
frigiditas & maris pondus exhalationes in ipſis repri
mit. De terræ motu hactenus.

Species terræ motuũ.

Erumpunt quandoq̄ lapilli.

¶ In hoc Capite ſecundũ ꝓpriã ſentẽtiã de Terræ motu determinat
philoſophus. primo/eius generationẽ declarans. Secũdo decẽ ſigna
Tertio ſeptẽ eius accidẽtia. ¶ Eſt autẽ eadem materia (exhalatio in-
quã calida & ſicca) ex qua fiunt Venti. Terræ motus/ & tonitrua:
Venti quidem dum libere in aere vagať: Terræ motus/dum eſt intra
terrã cõcluſa: Tonitrua vero/quando eſt intra nubes cõprehenſa. Et
quidẽ omnia hæc cũ impetu ſpiritus eueniunt.

Ex eadem materia vẽti Terræ motus & tonitrua

¶ Quod eleganter expreſſit Ouidius quoq; in Metamorphoſi: quando Boream deſcripſit. Cuius deſcriptionis partem diximus de Ventis/partem de Tonitruis reſeruamus. Partem vero de terræ motu hic ſubiungere conuenit. Ait itaq; in perſona Boreæ.

Ouidius

Idem ego cum ſubii conuexa foramina terræ
Suppoſuiq; ferox imis mea terga lacertis
Sollicito manes/totumq; tremoribus orbem

Seneca de terræmotu I

¶ Seneca li.vi. Ita philoſopho conſentit. Spiritus (inquit) natura ci tus & locum e loco mutans. Hic q̃; diu non impellitur. & in vacanti ſpacio latet/iacet innoxius nec circũiectis moleſtus eſt. Vbi illũ ex trinſecus ſuperueniens cauſa ſollicitat/compellitq; & in artum agit. Scilicet adhuc cedit tantũ & vagatur. Vbi diſcedẽdi facultas erepta eſt. & vndiq; obſiſtitur: Tunc magno cum murmure (montis Circũ clauſtra fremit/quæ diu pulſata conuellit/ac iactat/eo acrior/quo cũ valentiore mora luctatus eſt.

Plinius

¶ Et Pli.li.ii. Ventos (inquit) In cauſa eſſe/non dubium reor: Neq; enim vnquã intremiſcunt terræ/niſi ſopito mari/cœloq; adeo tran quillo. vt volatus auium non pendeant/ſubtracto omni ſpiritu. qui vehit. Nec vnquã/niſi poſt ventos conditos/ſcilicet/in venas & ca uernas eius: occulto afflatu: Neq; aliud eſt in terra tremor/q̃; in nube tonitruũ. Nec hiatus aliud. quã cum fulmen erumpit/incluſo ſpiritu luctante. & ad libertatem exire nitente.

¶ Pontanus item

Pontanus

Vnde tremat tellus/q̃; primũ (aduerte) docebo.
Principio ingenti late circũdata ponto
Tellus/fumificis incendia paſcit in antris
Inde tepent Bruma fontes/Cerealiaq; arua.
Spargit ſæpe nouis/quas euomit Aetna/fauillis:
Hæc eadem ſub ſpeluncis tenuem aera claudit
Nunc halat ſiccum/& craſſo de pectore flamen
Aut tenui volucrem ſuffitu exuſcitat auram.
Hinc ille/& motu faciliſq; & viribus acer
Spiritus/atq; imas habilis penetrare cauernas
Et rurſum violentus/atroxq; erumpere clauſtriſq;
Incluſus fremit/& multus vacua atria verſat.
Idem etiam in flammas abit/& furit igneus/atros
Intorquens lapides/tormento excluſus aheno.
Euocat hæc genitor rerum Sol/excipit Aer
Ipſa parens Tellus/large indefeſſa miniſtrat:

¶Cæterum non in ſumma(inquit Seneca)circaye ſumma motus
eſt. ſed ſubter & ab imo. Hoc indicium eſt. ꝙ altitudinis profundæ
maria iactantur/motis ſcilicet his. ſupra qu æfuſa ſunt. Ergo veriſi-
mile eſt. terram ex alto moueri/& illic ſubter in cauernis ingentibus
concipi. Cuius rei argumentum/vel maxime hoc poteſt eſſe. ꝙ cum
vehementi motu adapertum ingenti ruina eſt ſolum/totas nõnunꝗ̃
vrbes/& recipit hiatus ille/& abſcondit.

Ex alto mouet̃ terra.

¶ De ſignis Terræ motus futuri ſic ſcribit Plinius libro Secundo.
Nauigantes haud dubia(inquit)coniectura ſentiunt/ ſine flatu intu
meſcente fluctu ſubito/aut quatiente ictu. Intremunt vero & in na-
uibus poſita æque quã in ædificiis/crepituq; prænunciant. Quin &
volucres non impauidæ ſedent. Eſt & in cœlo ſignum. præceditq;
motu futuro/aut interdiu/aut paulo poſt occaſum ſereno/ceu tenuis
lineæ nubis in longum porrectæ ſpacium. Eſt & in puteis turbidior
aqua. nec ſine odoris tædio. Maximi autem futuri ſigna motus exi-
ſtunt/hi matutini/veſpertiniq;. ſed propinqua luce crebri. Interdiu
autem circa meridiem fiunt. & Solis Lunæq; defectu/ quoniam tem
peſtates tunc ſopiuntur: Præcipue vero. cum ſequitur imbrem æſtus/
imbreſve æſtum. Et autumno ac Vere Terræ crebrius mouetur. ſicut
fiunt fulmina. Ideo Galliæ & Aegyptus minime quatiunt̃: quoniã
hic æſtatis cauſa obſtat/illic hyemis.

Signa terræ motus futuri
Ex Plinio

K

¶ Omnis autem ora maris(ait Seneca) obnoxia eſt motibus. ſic
Paphos non ſemel corruit: Sic nobilis. & huic iam familiaris Malo
nicopolis. Cyprum ambit altum mare/& agitatur. Tyros & ipſa-
tam mouetur. q̄; diluitur. ¶Et Pli. Maritima autẽ maxime quatiunt̃
Nec montoſa tali motu carẽt. Exploratum eſt mihi(inquit) Alpes
Apẽninas ſæpe tremuiſſe. ¶Cõtra vero in Germania atq; Sarmatia
rariſſimi ſunt terræ motus. Tum ꝙ longe abeſt Sol/qui exhalationẽ
trahit. ſpirituſq; vim generat. Tum ꝙ longe a mari diſtant. Loca
enim mari vicina incluſo ſpiritui exitum non præbẽt tranquillum.
occludentibus viam fluctibus. qui rimas terræ influunt/ ſpiritumq;
incluſum in anguſta cogũt. ꝓinde ibidẽ multi ꝓcreant̃ motus terræ

Terra maritima ſæpius cõcutitur

¶ Hinc Srabo libro primo. multas ex terræ motibus locorum muta
tiões circa maria cõmemorat. Demetrius(inquit)Callacianus/ terræ
motus vniuerſæ Græciæ explicãs. Et Lychades inſulas & magnam
Cenei partẽ/demerſas inqt/ & aquas inde calidas(quæ Thermæ di
cunt̃)In Edipſo & ad Thermopylas/triduo retẽtas/rurſus effluxiſſe
In Edipſo & aliis in vrbibus/ fontes erupiſſe. Menia Orei. quæ ad

Mutatiões grandes ex Terræ motibus. Strabo

mare ꝑtinēt/ ſimul & ſeptingentas corruiſſe domos: Magnā Echini & Heracliæ & Trachinis partē cecidiſſe. Inter Theram & Theraſiā e pelago ꝓrupere flammæ quæ per dies quattuor mare totū æſtuans atq; ardens reddiderūt. In Phenice quoq; facto terræ motu oppidum ſuper Sydonē ſitum/abſorptum fuiſſe. Poſſidonius Author eſt.

Plinius

¶ Plinius item li. ii. Inter plurima/hæc quoq; enumerat. Fiūt (inqt) ſimul cum terræ motu. & inundationes maris/eodē videlicet ſpiritu infuſi/aut reſidentis ſinu recepti. Eadem naſcentiū terrarū cauſa eſt: cum idem ille ſpiritus attollendo potens/ſolo nō valet erumpere.

Multis modis naſcūt inſulæ.

¶ Naſcunt enim. Nec fluminū tātū inuectu: ſicut Echinades inſulæ ab Acheloo amne conuectæ. ¶ Nec receſſu maris tantū: vt Epheſi/ vbi quondā ædem Dianæ alluebat. ¶ Sed & alio modo naſcuntur terræ/ac repente in aliquo mari emergūt. Velut paria ſecū faciēte natura/queq; hauſerit hiatus/alio loco reddente. ¶ Claræ iam pridem inſulæ Delos & Rhodos memoriæ ꝓdunt enatæ. Poſtea minores/ vltra Melo Anaphe. Inter Lemnū & Helleſpōtū Nea. inter Lebedū & Theon Alone. inter Cycladas Thera & Theraſia. Sic & Pytheeuſas in campano ſinu ferunt ortas. ¶ Alio item modo inſulas/rerū natura fecit. Auellit Siciliam Italiæ/Cyprū Syriæ. Euboeam Boetiæ Euboeæ Atalantē & Macriā/ Belbicū Bithyniæ/ Leucoſiā Syrenū ꝓmontorio. ¶ Rurſus abſtulit inſulas mari/iūxitq; terris/ Antiſſam Leſbo. Zephiriū Halicarnaſo/Domilton & Prienē Mileto/Arthemiſiam Parthenio ꝓmontorio. Hybanda quondam inſula Ioniæ. cc. nūc a mari abeſt ſtadiis. Syriten Epheſus in mediterranea habet. Epidaurus & Oricon inſulæ eſſe deſierunt. Hæc Pli.

Paulus Oroſius

¶ Et Paulus oroſius li. vii. ſcribit. Tempore Dioclitiani fuiſſe terræ motum in Syria. ex quo apud Tyrum & Sydonē paſſim labētibus tectis. multa milia hominū ꝓſtrata ſunt.

Maximus terræ motus i Aſia.

¶ Maximus autē terræ motus memoria mortalium extitit (vt refert Pli) Tiberii cæſaris principatu. xii. vrbibus Aſiæ/vna nocte ꝓſtratis ¶ Creberrimus punico bello/intra eundē annū ſepties atq; quinquagies nunciatus Romā. ¶ Et ingens factum eſt Terrarū portentum

Terrarum portētum/ duos montes concurriſſe

L. Martio. Sex Iulio/cōſulibus: In agro Mutinenſi. Nanq; montes duo inter ſe cōcurrerūt/crepitu maximo aſſultantes/recedēteſq;; inter eos flamma/fumoq; in cœlum exeunte. Eo cōcurſu/ Villæ oēs eliſæ/ animalia permulta/quæ intra fuerant/exanimata ſunt. Ex iis itaq; ꝑſpicue liquet/crebriores eſſe (vt textus habet) terræ motus circa loca maritima. quā in mediterraneis.

L

¶ Secūdo accidenti aſtipulat̄. Pli. li. ii. Præcedit (inqt) comitaturq̧ terribilis ſonus: Alias murmur ſimilius mugitibus/ aut clamori hu- mano/ armorūve pulſantiū fragori: Pro qualitate materiæ excipiētis formaq̧ vel cauernarū/ vel cuniculi/ per quem meat: exilius graſſante in anguſto/ eodem rauco. In recuruis reſultante. in duris feruente. in humidis fluctuante & ſtagnantibus. item feruente contra ſolida: Itaq̧ & ſine motu ſæpe æditur ſonus

Varius ſonus præcedit & ſeqt̄ terræmotū

¶ Tertio Accedit Strabo li. j. In Syriam (inquit) totam extentū erat hoc malum. Atvero mediocriter penetrauit/ & in inſulas quaſdam Cycladas. & in Euboeā: Adeo/ vt Arethuſæ (qui in Chalcide fons eſt) occecatus fuerit ortus. q multis poſt diebus/ alio ſcaturiuerit ore: nec ante conquaſſari deſiuiſſe multas inſulæ partes/ quā in Lelanto campo/ aperto telluris hiatu/ ignitum fluuiū euomuerit: Demetrius Author eſt.

Strabo

¶ Quarto ſic aſſentit Seneca. In laxos (inquit) ſpecus/ ſub terras ſpiritus cōueniunt. Quod niſi eſſet/ magna terrarum ſpacia cōmouerentur. & vna multa titubarent. Nunc exiguæ partes laborant/ nec vnq̄ȝ per ducenta miliaria motus extenditur. Quid dicā. Cū Chalcis tremuit/ Thæbas ſtetiſſe? Cū laborauit Aegina. tam ꝓpinquas illi patrias. de motu nihil audiſſe? Iſta vaſta concuſſio. quæ duas ſuppreſſit vrbes. Helycen & Burim. circa Aegiū conſtitit. Apparet ergo in tantū ſpaciū motum pertendere. quantū illa ſub terris vacātis loci inanitas pateat.

Seneca. q terræ motus nō longe extēdit̄

Chalcis vrbs Euboiæ: Thebæ Boetiæ

¶ Quinto lumen præbet Plinius his verbis. Magna (inquit) differētia eſt. & in ipſo genere motus: pluribus ſiquidem modis quatit̄. Tutiſſimū eſt. cum vibrat/ criſpante ædificiorū crepitu: & cum intumeſcit aſſurgens/ alternoq̧ motu reſidet innoxium: & cū cōcurrētia tecta cōtrario ictu arietant. quoniam alter motus alteri renititur. Vndantis inclinatio. & fluctus more quædā volutatio infeſta eſt. Aut cum in vnam partem ſe motus impellit.

Pli. de mō vario Tremorum

¶ Et Seneca. Duo (inquit) genera ſunt (vt Poſſidonio placet) qbus mouet̄ terra. Vtriuſq̧ nomen ꝓpriū eſt. Altera ſuccuſſio eſt: cū terra quatitur. & ſurſum ac deorſum mouet̄. Altera inclinatio: qua in altera mouet/ nauigii more. Ego (inqt) & tertiū illud exiſtimo: quod noſtro vocabulo ſignatū eſt. Non enim ſine cauſa Tremorem terræ dixere maiores: qui vtriq̧ diſſimilis eſt. Nam nec ſuccutiuntur tunc omnia/ nec inclinātur ſed vibrant̄. Res minime in huiuſmodi caſu noxia: ſicut longe pernicioſior eſt inclinatio ſuccuſſione.

Seneca tria genera motus terræ aſſignat.

Terræ motum ſequit̃ frequenter peſtilentia
Seneca

¶ Ad hæc ſeptẽ accidẽtia Pli. & Sen. Octauũ adhuc ſupaddũt. ꝙ terræ motũ frequẽter ſequit̃ peſtilẽtia. ¶ Mortifera enim (ait Sen) in alto latent. Aer ipſe: q vel terrarũ culpa, vel pigricia & æterna nocte torpeſcẽs: grauis haurientibus eſt. Vel corruptus internorũ igniũ vicio cũ eſt longo ſitu emiſſus: purũ hũc, liquidũq; immaculat ac polluit: Inſuetũq; ducẽtibus ſpiritũ, affert noua genera morborũ.

¶ Quid ꝙ aquæ inutiles peſtilenteſq; in abdito latẽt: vt quas nũq̃; vſus exerceat. nunq̃; aura liberior verberet. Craſſa itaq; & graui caligine ſempiternaq; tectæ, nihil niſi peſtiferũ in ſe. & corporibus noſtris cõtrariũ habent. Aer quoq; qui mixtus eſt illis, quiq; inter illas iacet paludes, cum emergit, late viciũ ſuũ ſpargit. & hauriẽtes necat.

¶ Facilius autẽ hoc malum pecora ſentiũt. quo auidiora ſunt, apertoq; cœlo plurimũ vtũt̃, & aqs: quarũ maxima in peſtilẽtia culpa eſt

¶ Quid ꝙ pluribus Italiæ locis, ꝑ quædã foramina peſtilens exhalatur vapor, quẽ nõ homini ducere, non feræ, tutũ eſt. Aues quoq; ſi in illum inciderint, anteq̃; cœlo meliore leuent̃, in ipſo volatu cadũt, liuentq; corpora: & non aliter, quã per vim eliſæ, fauces tument.

¶ Hic ſpiritus, q̃; diu terris continet̃, tenui foramine fluens, nõ plus potentiæ habet: quã vt deſpectantia, & vltro ſibi illata, conficiat. Vbi vero per ſæcula conditis tenebris. & triſtitia loci creuit: in viciũ ingraueſcit, eoq; mora peior, quo ſegnior. ¶ Cum exitũ nactus eſt, æternũ illud vmbroſi frigoris malum, & infernam noctem ſoluit. ac regionis noſtræ aera infuſcat. Vincunt̃ enim meliora peioribus: Tunc etiam ille ſpiritus purior, tranſit in noxiũ. Inde ſubitæ continuæq; mortes, & mõſtruoſa genera morborũ, vt ex nouis orta cauſis Breuis aut longa clades eſt, ꝓut vicia valuere. Nec prius peſtilentia deſinit, q̃; ſpiritũ illum grauẽ, exercuit laxiras cœli, vẽtorũq; iactatio

Pli. de ſpiritibus lœthalibus in terra.

¶ His mirabiliora recẽſet Pli. li. ii. Spiritus (inquit) Lœthales alibi, aut ſcrobibus emiſſi, aut ipſo loci ſitu mortiferi: Alibi volucribus tantũ. vt Soracte vicino vrbi tractu: Alibi præter homines, cæteris animãtibus: Nonnũq̃; & homini, vt in Sinueſſano agro & Puteolano. Item in Hirpinis Amſancti ac Mephitis, eundem locum qui intrauere, moriunt̃. Simili modo Hierapoli in Aſia, Matris magnæ tantũ ſacerdoti innoxiũ: Alibi fatidici ſpecus, quorum exhalatione temulenti, futura præcinunt. vt Delphis nobiliſſimo oraculo. Quibus in rebus, quid poſſit aliud cauſæ afferre mortaliũ quiſpiam, quã diffuſum ꝑ omnẽ naturã, ſubinde aliter atq; aliter, numẽ erumpens.

Et tantũ de Terræ motu.

SEXTI CAPITIS NOTE.

¶ Coruſcatio/fulgur/fulgor/fulguratio.

SExtum cap. cõtinet tres de tonitruo & fulguratione antiquorũ opiniones. Earũ reprobationes. primæ duabus rationibus. & ſecũdæ tribus. ¶ Tres de tonitruo & coruſcatiõe opiniones. Prima eſt Anaxagoræ dicentis. ignem a ſua ſphæra in nubem decidere: & eius emicationẽ/ fulgurationẽ eſſe: eius vero extinctionem/ imo extinctionis ſtridorem eſſe tonitruũ. Sed id non eſſe verũ/ cognitu deprehendere/ difficile non eſt. ¶ Primo. quia ignis natura eſt ſurſum cõſcendere non autem deſcendere. Cauſam igitᷣ dicturus erat quo pacto a ſummo æthere (vt ait) in nubẽ ſe præcipitem dedat/ & illabatur. ¶ Secundo. dicat Anaxagoras/ cur potius ignis ille ſe tempore nubilo demergit q̃ʒ ſereno. Videtᷣ autẽ nũq̃ʒ in temporis ſerenitate ſe in præcipitiũ demittere: neqꝫ igitur nubilo tempore. ¶ Secũda eſt Empedoclis dicentis ignem in nube ex radiis ſe inuicẽ cõcurrẽtibus & ſe ſæpe replicantibus ſegregari: eius emicationem/ fulgurationẽ eſſe: & eius extinctionis ſtridorẽ & crepitum eſſe tonitruũ. Sed neqꝫ id quidẽ verũ apparet. ¶ Primo. quia æque fieri deberet in qualibet nube: cũ radii in q̃libet inter ſe cõſimiliter incurrãt. hoc autẽ falſum. ¶ Secũdo. q̃a eadẽ ratione dicere liceret niuẽ/ grandinẽ/ imbrẽ & cõſimilia (ꝙ a nube ſegregarentᷣ) fieri. ¶ Tertio. q̃a cũ a ſole aut igne incalet aqua: nũq̃ʒ talis ſegregatio apparet. cõſimili tamẽ rõne fieri oporteret: igitᷣ neqꝫ fit in nube. ¶ Tertia eſt dicẽtiũ fulgur nõ apparere de nocte ꝓpter ignem. ſed quẽadmodũ

M

Tres Opiniones de Tonitruo & coruſcatione.

percuſſa aqua de nocte fulgere videť: ita quoq; ſe collidentibus nubibus fulgorem emittere. Sed hi cõſuetudinem nõ traxerant / ea cognoſcere quæ refractione fiunt. Fit enim fulguratio de die: non autem aquæ percuſſæ fulgor. Ea enim fulgere videtur percuſſa: refracto ab ea viſu ad aliquod fulgidorum. Et de nocte & non de die videtur: q; diei maius lumen / minus extermînet / obtundatq;.

¶ Inuenta cauſa ventorũ & terræ motuũ. Reſtat inquirere cauſam fulgurationis & tonitrui. quæ profecto eadem ex materia conſtant. ex qua vẽtus & terræmotus. Quippe exhalatio intra terrã cõcluſa / tremorẽ facit: in aere libero ventum. Nubibus vero cõprehenſa / fulgurationẽ & tonitruũ. De his tria ponit philoſophus capitula. Primum quidem / de Antiquorũ ſenſis. Secũdũ / de amborũ generatiõe & differentia. Tertiũ / de Ecnephiis Typhonibus & fulminibus. In primo itaq; tres recitat ſimul ac reprobat opiniones. ¶ Prima fuit Anaxagoræ: quæ potiſſimũ ex hoc improbatur. Q; non videť vlla cauſa / ob quã ignis æthereus violente in nubes deiiciatur.

M Reprobatio Opinionis Anaxagoræ Seneca

¶ Seneca li. ii. Si de cœlo (inquit) cadit ignis / quomõ nõ quotidie fit. cum tantundẽ illic ſemper ardeat? Deinde nulla ratione credideꝛim / quare ignis / quem natura ſurſum vocat / defluat. ¶ Alia enim cõditio noſtrorũ igniũ eſt / ex quibus fauillæ cadunt / quæ põderis ſecũ aliquid habent. Ita nõ deſcendit ignis / ſed præcipitať / & deducitur: Huic ſimile nihil accidit in igne puriſſimo. in quo nihil eſt quod deprimať: Aut ſi vlla pars eius ceciderit. in periculo totus eſt. At nihil iniuria illic cogitur / nihil rumpiť / nihil præter ſolitum euenit. Ordo rerũ eſt / & expurgatus ignis / in cuſtodia mundi / ſummas ſortiť oras / operas pulcerrime circuit: hinc diſcedere nõ poteſt.

Reprobatio ſecũdæ opinionis

¶ Secũda opinio. præter tres rationes philoſophi. hac quoq; ratione impugnari poteſt. Radii reflexi nõ cauſant ignem / niſi refringanť a corpore ſolido & plano / vti a ſpeculo ſeu ferro polito: At nubes talia corpora non ſunt. igiť tam fortis nõ eſt ab eis radiorũ reflexio. vt incendio ſufficeret. ¶ Præterea Solis dũtaxat radii / reflexione igneſcunt: Aliorũ enim aſtrorũ radii ob debilitatẽ lucis haud concipiunt ignem. At noctu perſæpe fiunt coruſcationes: Vnde igiť tunc radiorũ reflexio: cum Sol ſub terris latet?

¶ Tertia opinio eſt Elydomi/ſed a philoſophorũ conſenſu aliena: Præter ipſum nãq; omnes cõſentiũt: verũ eſſe ignẽ coruſcatiõis. fallitur autẽ in ſimilitudine. Nam dum remis aqua percuſſa fulget/ id noctu ſolum accidit/ quãdo Luna aut aſtrũ aliud. ſpeciẽ ſuã in aqua efformat. quæ tremula cõſpicit/aqua percuſſa. Fulguratio autẽ ſæpe interdiu euenit. non ſolum ſurſum apparens/ ſed interdũ/ fulminis ictu deorſum iaculata: oſtendit/non ſolum æpparitionẽ quandam/ ſed & verum ignem. vti effectus eius liquido demonſtrant. Incendit enim aduritq; ac conſumit. — *Reprobatio tertiæ*

¶ Præter has tres/adhuc tres aliæ referendæ ſunt/quoniam non ſunt multũ abſurdæ. ¶ Prima eſt Guilhermi de Conchis Humido fumo ad ſuperiora aſcendente/cum ad ſuperiorẽ aeris partẽ peruenerit/ ex præponderatiõe humoris mouet̃ ſummitas aeris: cuius particulæ/ad modũ vndarũ. ex diuerſo ſibi occurrentes. fragorẽ faciunt tonitrui Ex motu vero aer calefactus/tranſit in igneã ſubſtantiã. fitq; fulgur. Qꝫ ſi ad obſtaculum peruenerit. obſtantia findit/ fulmenq; dicitur. — *Tres aliæ opiniones Prima*

¶ Secũda eſt Diogenis Apollinaris. Quædã tonitrua igne. quædã ſpiritu fieri: Illa ignis facit/quæ ipſe antecedit & nunciat: Illa ſpũs: quæ ſine ſplendore crepuerunt. — *Secunda*

¶ Tertia eſt Senecæ. Qui ſic habet li. ii. Fulgurat/cũ repentinõ late lumen emicuit: Id euenit/vbi in ignẽ aer/extenuatis nubibus/vertit̃: nec vires/vel nubes. quibus longius proſiliat/ inuenit. Non miraris puto/ſi aera/aut motus extenuat/aut extenuatio incẽdit. Sic liqueſcit excuſſa glans funda/& attritu aeris/velut igne diſtillat. Ideo æſtate plura ſunt fulmina. quia plurimũ calidi eſt: facilius autem attritu calorũ ignis exiſtit. Et tantũ de opinionibus. Ad Ariſtotilẽ redeamus. — *Tertia*

SEPTIMI CAPITIS NOTE.

¶ Et ſi fulmen/nomen cõmune ſit/ad omnem exhalatiõẽ quæ e nube erumpit/eiaculaturq; ardens: peculiare tamẽ ipſum faciunt ad eam quæ nubẽ prumpit. & fulgetrũ nũcupant eam/ quæ longiore tractu nubẽ findit. — *Fulmen.*

SEptimũ cap. cauſas tonitrui/ fulguratiõis/ & fulminis. & illorum generationẽ continet.
¶ Tonitrui/coruſcationis/ & fulminis cauſæ.
Efficiens: ſol & aſtra. Materia: exhalatio.

Quō generatur tonitrus & fulguratio

¶ Tonitrui/fulgurationis & fulminis generationes.
Duplici exiſtēte ſpiratiōe:hac humida/hac vero ſicca & vtraq; ſimul eleuata/& conſiſtente in nube: quæ cū ſurſum magis fuerit eleuata/ob loci frigiditatem denſatur:& magis quidē a ſumma parte. Exhalatio autē clauſa:e denſo exitum quærens/valido motu fertur in nube:& denſæ nubis latera valide concutiens/ſonum ædit:qui dicitur Tonitruū. Et ſecundū naturam cauæ nubis/ & denſi & rari varietatē:varii ædūtur ſoni. Et (ſi licet magna cōponere paruis)ſimilis eſt illi ſono: qui in flamma fit/ cum hi Vulcanū/ hi Veſtam ridere aiunt. & in lignis ſiccis cum ſpiritus exitum quærit/ lignū rumpens crepitū ædit: ita & nubis exhalatio. Et cū ſuperiori denſo obuiat: valido impetu vibrata ſubtiliter incendit̃.& illius inflammatiōis apparitio: fulguratio eſt.& plærūq; detruditur in imū.quæ ſi cō cepta flamma:detruſa/eiaculataq; fuerit: fulmen eſt. Si vero ſine flāma: Ecnephiæ & Typhones(de qbus ſtatim agemus)fiunt.

N

Fulguratō fit poſt tonitruū ſed videt̃prius

¶ Et fulguratio fit poſt plagā/ & colliſionē:eſtq; tonitruo poſterior/ prius tamē viſu percepta:quia viſus anticipat auditū.Id enim intueri licet in ferientibus a longe.Cū enim referiēdi reducūt inſtrumentū:primum ſonus ad nos pertingit.vt in triremium ductu remos eleuari videmus vt ſecundo feriant:priuſq̄; primæ plagæ ſonus ad nos ꝑtingat. Et ſecundū ſubſtantiam idem eſſe(vt multa paucis com plectamur)dicimus:ſuper terram faciens ventum/in terra terræ motum/& in nube tonitruū. exhalationem ſcilicet ſiccam/fluentem/mobilem/ & agitatam. Et de tonitruo quidem hactenus.

¶ In hoc capite ꝓpriã ponit philoſophus ſententiã. Primo generationẽ Tonitrui & Coruſcationis edocet. Secũdo. cur prius cernatur coruſcatio/quã audiat Tonitrus. cauſam ſubiũgit/multa paucis commemorãs & plane quidẽ ſimul ac elegãter: Proinde nulla eget interpretatione. ¶ Niſi ꝙ riſus Vulcani aut Veſtæ/dicit hic. ſtridor ignis ardentis. Nam hæc ignis numina habebant: ſæpe itaqꝫ ꝓ igne accipiunt. Ouidius.

N

Riſus Vulcani

Nil aliud veſtam/quam viuam intellige flammam

¶ Nunc pauca ex iis/quæ Seneca ſcribit. ꝓ maiori intelligentia adducere libet. ¶ Duo ſunt (inquit) Tonitruorũ genera. Vnũ cuius eſt graue murmur. quale terrarũ motum antecedit clauſo vẽto fremẽte. Hoc fit/cum ſpiritũ inter ſe clauſere nubes: qui in concauis partibus earũ volutatus/ſimilem agit mugitibus ſonũ raucũ & æqualem atqꝫ cõtinuũ. Itaqꝫ vbi etiã illa regio humida eſt. exitũ claudit: Ideo hmõi Tonitrua vẽturi prænũcia imbris ſũt. ¶ Aliud genus eſt acre. quod acerbũ mage dixerim/quã ſonũ: Qualem audire ſolemus. cũ ſuper caput alicuius diſrupta eſt veſica. Talia ædunt tonitrua. cũ globata diſſoluit nubes/& ſpiritũ/quo diſtenta fuerat/emittit. Hoc proprie fragor dicit/ſubitus & vehemẽs: Quo ædito/cõcidunt homines. & exanimant. Quidã vero viui ſtupẽt. & in totum ſibi excidunt. quos vocamus attonitos/quorũ mentes ſonus ille cœleſtis loco repulit.

Duo Tonitruorum genera

Ex Seneca

Attoniti

¶ Fit & colliſione partiũ nubis adinuicẽ tonitrus. Nã queadmodũ manus illiſæ inter ſe/plauſum ædũt: Sic illiſarũ inter ſe nubiũ ſonus poteſt eſſe magnus. quia magna concurrũt inter ſe. At non quocũqꝫ modo impulſæ ſunt/tonant: ſed ſi aptæ ſunt & cõpoſitæ ad ſonum ædendũ. Aduerſæ inter ſe manus colliſæ/nõ plaudũt. ſed palma cũ palma collata plauſum facit. Et plurimũ intereſt. vtrum cauæ concutiantur/an planæ & extentæ. Deinde nõ tantũ ire nubes oportet/ſed agi magna vi & procelloſa. Etiam mons nõ ſcindit nubẽ/ſed digerit. & propriã quã ꝓ partẽ eius ſoluit. Nec veſica/quocũqꝫ modo ſpiritũ emittat/ſonat. Si ferro diuiſa eſt/ſine vllo auriũ ſenſu exit: Rũpi illam oportet/vt ſonet/nõ ſecari. Idem de nubibus dico/niſi multo impetu diſſolutæ fuerint/nõ ſonãt. ¶ Quidã inſup (inter quos eſt Aſclepiadotus) iudicant. Quorundã quoqꝫ corporũ concurſu/tonitrua excuti poſſe. Aetna aliquando multo igne abundauit/ingentẽ vim arenæ vrentis effudit. Inuolutus eſt dies puluere/populoſqꝫ ſubita nox interruit. Illo tempore/aiunt. tunc plurima fuiſſe tonitrua & fulmina/quæ concurſu aridorum corporũ facta ſunt. nõ nubiũ: quas veriſimile eſt/in tanto ardore aeris nullas fuiſſe.

Quomõ ex nubiũ colliſiõe fit tonitruum

Arenarum concurſu tonitrua fieri poſſe

¶ Aliquando Cambyſes ad Ammonē/miſit exercitum. quē Arena Auſtro mota & more niuis incidēs/texit/deinde obruit. Tūc quoq; veriſimile eſt. fuiſſe tonitruū/fulminaq;/attritu arenæ ſeſe affricātis. Nō repugnat(inqt Seneca) ꝓpoſito noſtro iſta opinio: Diximus enim/vtriuſq; naturæ corpus efflare terras. & ſicci aliquid & humidi in toto aerę vagari. Itaq; ſi quid tale interuenit/ nubē facit ſolidiorē craſſioremq;. quā ſi tantū ſimplici ſpiritu intexeretur.

Tonitruū magis timendū ex tribus. Primo. ex diſtantia

¶ Poteſt autem Tonitruū magis timendum(vti docet S. Thomas) tripliciter cognoſci. ¶ Primo. Ex diſtātia coruſcationis & tonitrui Nam ſi ſimul fieri videntur. magis timeri debet: quia ꝓpe eſt. & vis magna exiſtit impetus & fragoris: Minus vero periculi eſt: ſi fulgurationem ſonus aliquādiu ſequat̄. quia debilior eſt impetus fragoris

Secūdo/ex Colore

¶ Secundo. Ex colore nubis: Rubea enim & viridis/ plurimū ſunt timendæ. nigra minus/alba minime. Nam rubea multum incendii præſefert. Viridis multum incluſæ exhalationis: Nigra/pluuiæ materia eſt: Alba autem oſtendit debilem eſſe exhalationem. & latera nubis tenuia. quæ abſq; impetu vehementi facile rumpantur.

Tertio ex Sono.

¶ Tertio. Ex ſono: Groſſus enim & cōtinuus mediocriter timetur. Interruptus parum. Vehemēs vero papyri fractioni haud diſſimilis/ vehementer timendus eſt: ob violentiā/qua Tonitrui cuneus erūpit.

Cuneus tonitrui: lapis

¶ Eſt autem Cuneus ille. quidam lapis. in anteriori parte acutus. qui cauſatur a calido digerente ſiccum cum humido aqueo(vti fit & in laterum decoctione Hoc lapide(inquit S. Tho.) diſſipantur ædificia/arboreſq;/non ipſo ſono.

Cā diuerſitatis Sonorū: ex Georgio Valla.

¶ Huiuſmodi autem ſonorū diuerſitatis cauſam aſſignat Georgius Valla. li. iii. ſuorum Phyſicorū/ Cæterum(inquit) cauernæ quædā ſunt inter nubes: Nam intra nubes quæ ſunt/ non ita denſeſcunt. vt quæ extra/ ſed deferunt denſitatis perpetuitatē. Ob hoc etiam varii crepitus & inæquales fiunt. Hæc philoſophi.

Pontanus de Tonitruo.

¶ Nūc poetam quoq; accerſere iuuat. noſtrū Pontanum/eiuſq; ſenſa ſubiungere/textui omnino conformia. Inquit enim

Halitus ille autem/largo qui percitus igni
Euolat/ac tenuis multum loca frigida tranat
Et longe ad ſedes victor perlabitur æſtus
Fumidus/incoctuſq;/atq; areſcente fluore:
Nonnūquā tamen hunc nubes circumuenit atra
Deprenſum & ſtrictis frigus circumſonat armis.
Hic ille incluſus vallo/& circum aggere ſeptus
Perquiritq; aditum/intentās/& ſingula luſtrat/

Et nunc hac aciem oſtentat/nunc ingruit illac.
Parte ferox/parte & factis & viribus impar.
Aſt illum denſis mucronibus horrida nubes
Verberat/impellitq; premens/fruſtraq; parantem
Summotas intrare domos/& ad ardua ferri.
Deiicit ipſa ſuper impacto vmbone/ibi ictus
Ingentem effracto ſonitum dedit aggere/multuſq;
Intonat & cœlum tonitru quatit/inde coruſcus
Seſe agit in flammas & cœlo lubricus errat.
Interdum tantus fragor/vt concurrere montes
Iam timeas/vt terra tremat/cœlumq; dehiſcat.
Interdum leuis ipſe leuem flammamq; ſonumq;
Aut ſonitum ſine luce dedit/ſine verbere flammam/
Interdum erumpit crepitu ſine/ſed tamen actus
Aduerſam in nubem/validos huc pertulit ictus:
Vnde tremunt nigri poſtes/& limina cœli.

OCTAVI CAP. NOTE.

¶ Typhon/turbo. ¶ Angiportũ/vicus inter domos haud facile peruius. ¶ Arges argetos/clarus.

OCtauũ cap. cõtinet Ecnephiæ & Typhonis cauſas. eorũ generationẽ. eorũ differẽtias. & ſpecies fulminũ. ¶ Ecnephiæ & Typhonis cauſæ. Fædẽ/quæ modo dictæ ſunt/ exiſtũt ¶ Eorũ generatio. Cum multus ſpiritus & ſpiſſus in nube eleuatus ſit(ſubtilior enim magis ædit tonitrua: & incendio concepto/fulmen elidit) luctatus ſurſum aſcẽdere: deorſum repellitur. & fit Ecnephias : vẽtus quidem violentu s/ tumultuoſus & procelloſus . poſt cuius caſum ingraueſcere ſolent pluuiæ. Nã ex relicta nube humida fit imber: ex ſpiritu vero demiſſo/ Ecnephias. ¶ Et cum fracta nube eliditur atq; ſegregatur ſpiritus/cõuoluitur & detruditur rotatus in imum: in arctis decidens locis vt angiportis in viis circulos du

O Ecnephias

P Typhon.

cens & vortices:vt pars alteram pellere videatur: hic ſpiritus/ Typhon dicitur. ¶ Ecnephiæ & Typhonis

Differunt. differentiæ.Differunt.quia Typhon diſcontinuus eſt. Ecnephias autem magnus & continuus. Typhon ro tatus deorſum excutitur:idcirco circulo vertitur. Ecne phias recte. & Ecnephias magis Typhone colorari videtur. Typhon non fit flantibus aquilonibus. Et Ecnephias tpe niuali/iacentibuſq; niuibus. Typhon aliquid nubis ſecum cõuoluit ſimul deducens: a quo non poteſt ſe explicare: cuicũq; inciderit vim inferẽs: arbores & nauigia retorta cõfringens. a quo plærũq; cum detractus & ſubtilior factus igniat̃: incenſio no

Fulmen. minatur.alii præſterem nuncupant.¶ Fulminum ſpe cies.Fulmen diximus cũ ſubtilior ſpiritus flammæ vi cõcepta:de nube eliſus eiaculat̃ deorſum. Cuius vna ſpecies eſt/quã Argeta dicunt:nos vero fulmen clarũ dicere poſſumus.quod non vrit:ſed vis eius ſtupẽda atq; admirabilis. Vbi reluctamen/ reſiſtentiãq; offen derit/vt in ſolidis corporib9/vim ſuã inducit:& clypei eramẽ liquat illæſo ligno.& p veſtimẽta corpus afflat/ & oſſa cõſumit: inattritis veſtib9. Eſt enim rariſſimũ: quod tenuis præuenit ſpiritus/ penetrans & tranſiẽs. Alia eſt quã dicunt Ceraunon Pſolocnta: nos fulmen fumans & ardens.& hoc adurit:non adeo vt alterum rarum. Et nos ipſi vidimus circa templum in Epheſo combuſtum:continuam flammã ad multas partes ſer pere atq; ferri. Et ſæpe talia ſe præbẽt vidẽda ſpecta

Fulmẽ præcedit & ſequit̃ ſpũs. cula. Et flammã diximus ſpiritũ ſiccũ ardentẽ.¶ Hinc fulmẽ ſemp præcedit ſpiritus / ſemperq; aſſequit̃: ſed non vident̃ ſpiritus præcedere & ſequi/qa ſine colore

ſunt. Quo fit vt omne percuſſum fulmine/ prius mo ueatur quã percutiatur: tanquã præcedente ſpiritu. & fulmina non nubem frangunt & diſſipant ſono: ſed plaga/ & ſonum faciente ſpiritu. Et quod ſpiritus per cuſſerit: diuidit/ nõ vrit. De igiẗ Ecnephia/ Typhone incenſione & fulminis ſpeciebus tanta ſufficiant.

¶ Præter litteræ Ariſtotelis ſententiã: tredecim de ful mine portẽta. Dura cõſumit. Non lædit mollia. Ferrũ intacto forulo liquefacit. incolumi carne oſſa mollit & conſumit. Dolio conſumpto vinũ immobile gelatũ relinquit: quod reliquatũ bibentẽ aut furere facit aut necat. e diuerſo vinum afflat illæſo dolio. Martia Rho manorum princeps prægnãs: partu in vtero fulmine afflato/ illæſa remanſit. Venenata tacta purgat: Vigi lans pcuſſum: clauſos oculos moriẽs habet. Dormiẽs vero percuſſum: apertos. Ex oppoſito iacens cõuertiẗ Omne animal ictum fulmine (homine excepto) in terit. Non feriuntur fulmine laurus/ vitulus marinus/ & aquila. Quercus autem vel arborum maxime fe ritur. Tredecim de fulmine miracula

Accipe miranda flammæ portenta triſulcæ.
Dura domat. damnum mollia nulla ferunt.
Intacto forulo ferrum conſumitur intus.
Carne quidem ſana: oſſa incinerata cadunt.
Vtreq; conſumpto vinum ſine vaſe gelatur/
Fulmine. vel ſano deperit vtre merum.
Forte die ſexta mox liquitur: hocq; caueto.
Aut furit epotans/ aut ſua fata bibit.
Martia Rhomanæ princeps clariſſima gentis
(Afflato partu in viſcera) viua manet

Et quæcunq; tument(inflato ventre)veneno
Purgat:& innocui corporis icta iacent.
Percuſſum vigilans:moriens ſua lumina claudit
Apperit e ſomno.verſum & in oppoſitum eſt.
Cætera cum feriat viuentia/morte reſoluit:
Solus de tanto vulnere reſtat homo.
Laure manes ſecura.tibi eſt contraria quercus.
Bos maris intactus & Iouis ales eunt.

¶ In hoc capite tria ꝑſequit̃ philoſophus/quæ ex eadẽ quoq; cõſtãt materia/ex qua Tonitrus & Coruſcatio: Tria inq̃;/ Ecnephias/ Typhones/Fulmina/Hoc eſt/Procellas/Turbines & tela Iouis(vt aiunt poetæ)triſulca. Priora duo/vẽti ſunt:fulmẽ vẽtus nõ eſt/at ſine vẽto aut præcedẽte/aut ſequẽte non eſt. Primũ igit̃ philoſophus explicat eorũ generationẽ/deinde differentiã ſimul & ꝓprietates: Plane qdẽ at compendioſe: Plura de iis Ex Sen. referre libet.

Seneca De Ecnephiis O

¶ Sunt quædã(inquit Sen.li.v)genera vẽtorũ:quæ ruptæ nubes/& in pronũ ſolutæ præmittunt. Hos græci vẽtos Ecnephias vocãt/qui hoc(vt puto)modo fiũt. Cum magna inæqualitas ac diſſimilitudo corporum/quæ vapor terrenus emittit/ in ſublime eat/ & alia ex iis corporibus ſicca ſint/alia humida: Ex tanta diſcordia corporũ/inter ſe pugnantiũ/cũ in vnũ cõglobata ſunt. veriſimile eſt quaſdã craſſas effici nubes. & interualla inter illas relinqui fiſtuloſa/& in modum tibiæ anguſta. His interuallis tenuis includit̃ ſpiritus/ q maius deſiderat ſpaciũ. Cum euerberatus curſu parũ libero incaluit/ & ob hoc amplior fit/ſcinditq; cingentia & rumpit in ventũ/ qui fere procelloſus eſt/quia ſuperne demittitur. & in nos cadit vehemens & acer. Quia non fuſus/ nec per apertũ venit/ ſed laborat. & iter ſibi vi ac pugna parat:

Similitudo ꝓcellæ ad torrẽtẽ.

¶ Et ſicut Torrentes modicæ magnitudinis ſunt/q̃; diu ſeparatus ſuus curſus eſt: Cum vero plures in ſe cõuertere aquas: fluminũ inſtar perenniũ/magnitudine excedunt. Idem credibile eſt fieri & in procellis:vt ſint breues/q̃;diu ſingulæ ſunt: Vbi vero ſociauere vires/& pluribus cœli partibus eliſus ſpiritus/ eodem ſe contulit/ & impetus illis accedit & mora. ¶ Faciunt ergo ventum reſolutæ nubes:quæ plurimis quidem modis ſoluuntur. Nonnunq̃; conglobationem illam ſpiritus rumpit: nonnunq̃; incluſi & in exitum nitentis luctatio:nõnũquã calor/ quem modo ſol fecit / modo ipſa

annectatio magnorum inter ſe corporum attritus. Hæc Sen. Idē author

¶ De Turbine ſic habet. Vt in fluminibus euenire ſolet, q̄ diu ſine impedimento feruntur, ſimplex & rectum iter illis eſt: Vbi incurrere in aliquod ſaxum. ad latus ripæ prominens, retorquentur, & in orbē aquas ſine exitu flectunt. Ita vt circumlata inter ſe ſorbentur & vorticem efficiunt. ¶ Sic ventus. q̄diu nihil obſtitit, vires ſuas effundit: vbi aliquo promontorio repercuſſus eſt: aut locorum, coeūtium in conuallem, deuexu collectus: ſæpius in ſe volutatus, ſimilemq̄ illis (quas diximus conuerti aquas) facit vorticem. De Turbine. Vortex

¶ Hic ventus circūactus, & eundem ambiens locum, ac ſe ipſa vertigine concitans turbo eſt. ¶ Qui pugnatior ſi eſt, ac diutius volutatus, inflammat, & efficit, quē Præſtera greci vocāt. Hic eſt igneus turbo. Hi fere omnia pericula vēti, erupti de nubibus, ꝓdunt, quibus armenta rapiuntur, & totæ naues in ſublime tollunt. Hæc Sen. Turbo Præſter

¶ Fulminum genera (Ait idem li. ii.) ſunt illa, quod penetrat, quod diſſipat, quod vrit. Tria Fulminum genera

¶ Quod penetrat, ſubtile eſt & flammeū, cui per anguſtiſſimū fuga eſt, ob ſynceram & puram flammæ tenuitatem. Q

¶ Quod diſſipat, conglobatum eſt. & habet cōmixtā vim ſpiritus coacti & ꝓcelloſi, & redit & euadit: Huius late ſparſa vis, vt rūpit: ita non perforat. ¶ Tertium illud genus, quod vrit, multum terreni habet, & igneum magis eſt quā flammeum: Itaq̄ relinquit magnas ignium notas quæ percuſſis inhærent. Nullum quidem ſine igne fulmen venit. ſed hoc proprie igneum dicimus: quod manifeſta ardoris ſigna imprimit. Quod aut vrit, aut fuſcat.

¶ Tribus quidē modis vrit: Aut afflat, & leui iniuria lædit: Aut cōburit: Aut accendit. Omnia iſta vrunt, ſed genere & modo differūt. Fulmē tribus modis vrit.

¶ Fulmen autē, quo icta fuſcantur: aut decolorat, aut colorat. vtriq̄ diſtinctionē ſuam reddam. Decoloratur id: cuius color viciatur, nō mutat. Colorat id, cuius alia fit quā fuit facies, tāquā cerulea vel nigra, vel pallida. Hæc Sen. Similiter & Pli. li. ii. de iis multa ꝓſcripſit

¶ De fulminis effectibus ambo quoq̄ eleganter pertractant. Ex Seneca autē pauca referre iuuat. ¶ Mira, inquit, fulminis (ſi intueri velis) opera ſunt. nec quicq̄ dubii relinquētia, quin diuina inſit illis & ſubtilis potentia. Loculis integris ac illæſis, conflatur argentum: Manēte vagina gladius liqueſcit: Et inuiolato ligno circa pila, ferrū omne diſtillat: Stat fracto dolio vinum, nec vltra triduum rigor ille durat. De effectibus fulminis. ex Sen

Icta cōtra fulmē ſpectant

¶ Illud æque inter annotāda ponas licet: Ꝙ & hominū & cæterorum animaliū, quæ icta ſunt, caput ſpectat ad exitum fulminis: Ꝙ omniū ꝑcuſſarū arborū, cōtra fulmina, haſtilia ſurgūt.

Venenata ictu venenū ꝑdūt.

¶ Quid? ꝙ malorū ſerpentiū & omniū animaliū, qbus mortifera vis ineſt, cū fulmine icta ſunt, venenū omne cōſumit̄. Vnde ſcis? In venenatis corporibus vermis nō naſcitur: fulmine icta intra paucos dies verminant.

Fulmē dura diſſipat rara leuiter tranſit.

¶ Pauca adhuc adiiciam (inquit) ad enarrandā vim fulminis: quæ nō eodē mō omnē materiā vexat. Valentiora quæ reſiſtunt, vehemētius diſſipat: Cedentia nōnunq̄ ſine iniuria tranſit. Cū lapide ferroq́ duriſſimis quibuſq́ cōfligit. Teneris ac rarioribus parcit. Loculis itaq́ (vt dixi) integris, pecunia. quæ in illis fuerat, cōflata reperit̄: Quia ignis tenuiſſimus ꝑ occulta foramina tranſcurrit. Quicquid autē in ligno ſolidū inuenit, vt cōtumax vincit. Nō vno igit̄ (vt dixi) modo ſæuit: ſed quid quæq; vis fecerit, ex ipſo genere iniuriæ intelligis, & fulmen opere cognoſcis.

In eadē arbore diuerſi fulminis effectus

¶ Interdū in eadē materia. multa diuerſa eiuſdem vis fulminis facit. Sicut in arbore, quod aridiſſimū eſt, vrit: quod ſolidiſſimū & duriſſimū eſt, terebrat & frāgit: ſummos cortices diſſipat: Interiores libros in parte interioris arboris, rumpit ac ſcindit: folia ꝑtundit ac ſtringit.

Vinū fulmine gelat̄ ac inficit̄

¶ Vinū gelat, & æs fundit. Vnde eſt mirū: ꝙ vinū fulmine gelatū, cū ad priorē habitū redit, potatū, aut exanimat, aut dementes facit.

Peſtifera vis in fulmine

¶ Quare illud accidit? Quærēti mihi illud occurrit. ieſt fulmini vis peſtifera: Ex hoc remanere aliquē ſpiritū. in eo humore. quē coegit. veriſimile eſt: Nec enim alligari potuiſſet, niſi aliquod illi eſſet additū vinculum. Præterea, olet quoq;, & horridi vnguenti cernis poſt fulmen odorem: Ex quo apparet, ineſſe quandam ſubtiliſſimo igni, & cōtra naturā acto, peſtilentē potentiā: qua non tantū icta cadunt, ſed etiam afflata. Præterea quocūq́ decidit fulmen, ibi odorem ſulphuris certum eſt eſſe. Qui, quia grauis eſt, ſæpius actus vel hauſtus, alienat.

Fulmina portendūt futura.

¶ Quid? ꝙ futura portendūt: nec vnius tantū, aut alterius rei ſigna dant, ſed ſæpe longum fatorum ſequentiū ordinem nunciant.

¶ Immovero ſummā eſſe vim fulminū iudicant Tuſci: Quia qcqd alia portēdūt. interuētus fulminis tollit: Quicquid ab hoc portēdit̄, fixum eſt, nec alterius oſtenti ſignificatione minuit̄: Quicquid exta qcquid aues minabunt̄, ſecūdo fulmine abolebit̄: Quicqd fulmina denūciant, nec extis, nec aue cōtraria refellit̄. ¶ Hoc autē inter nos & Tuſcos intereſt: Nos putamus, q, quia nubes colliſæ ſunt, fulmina emittūt: Ipſi exiſtimāt, nubes collidi, vt fulmina emittant̄. Hæc Sen.

¶ Pontanus item de fulminũ miraculis inter cæteras ſic habet. Pontanus de fulminum miraculis
Nunc etenim afflatu tenui, pecudemq; bouemq;,
Aut virides tondentem herbas, aut ilice ab arta
Arcentem nimios animoſi ſyderis æſtus,
Exanimat: nulla vt maneant veſtigia mortis:
Optatum, vt credas armenta haurire ſoporem,
Vt placidum videas paſtorem ducere ſomnum.
Nunc vſtos artus, atq; oſſa rigentia cernas,
Non faciem, non ora hominum, non corpora noris.
Nunc ipſis etiam in ſtabulis (mirabile dictu)
Quadrupedem exoluit, pedibus quoq; ferrea demit
Vincula, & intacto terram quatit vngula cornu
Illeſus ſonipes alta ad præſepia mandit.
Vidi ego, cum incolumi totus pede calceus arſit.
Senſerunt alii, fuluum effluxiſſe metallum
E loculis: tanta eſt vis inſita fulminis auris.

NONI CAPITIS NOTE.

¶ Halonẽ noſtri dicunt coronã. Halon autẽ aream & planiciẽ ſignificat. Et dicunt Græci Halos & Halon. Intereſt tamẽ, ꝙ Halõ, Halonos inflectit̃ ad noſtrorũ nominũ tertiæ inflexionis normã. Sed Halos: accuſatiuũ Halon habet, & cæteros ſingulares caſus (abiecto s terminali nominatiui & vocatiui) in o. Hinc nos cũ eam dictionẽ inflectamus: Halon, n nominatiuũ terminante, dicere debemus. ¶ Viſualis radius eſt diffuſa ſpecies, qua vnaquæq; res videt̃: qui & nonnunq̃ʒ viſus dicitur. Halon & Halos, idẽ

NOnum cap. cõtinet Halonis accidẽtia. Eius cauſam. et eius generationẽ. ¶ Halonis tria accidẽtia. ¶ Primum. Halon ſemp apparet integer circulus. ¶ Secundũ. fit circa ſolem, circa lunã, & ſplendẽtia ſydera. ¶ Tertiũ. fit diluculo, fit in meridie, fit veſperi, fit in nocte. diluculo & circa R Tria Halonis accidẽtia.

ſolis occaſum:minus.❡Halonis cauſa Radiorũ refra
ctio:& eadem eſt Iridis/& Virgarũ/& Paraheliorum
cauſa.quæ ſecundũ diuerſa(a qbus enaſcunt̃ & fiũt)
fulgida:differũt.❡ Halonis generatio.Fit halon vni-
Quomõ fit Halon. formi & æquali nube ſub aſtro(vt luna) conſiſtente.
Incidens enim in eam luminoſus radius refringitur:
apparetq; ſub aſtro magnus circulus/ quẽ Halonẽ &
Viſualis radius. coronã dicimus.❡Viſualis enim radius(vt ex Perſpe
ctiua cognitum eſt)ab omnibus planam ſuperficiem
habentibus/vt aere/vt aqua/ refringit̃:& in denſioris
medii occurſu.Et ſpeculorũ quædam figurã repræſen
tant:vt continua & denſa.quædã ſolos colores:vt quæ
ex plurimis ſpeculis pene inſenſibilibus diuiſionẽ ha
bentibus conſtant. in talibus enim aliquid apparere
oportet: imaginẽ autẽ apparere/impoſſibile eſt.colo
ribus itaq; demõſtrandis apta relinquunt̃.Et clarorũ
color clarus videtur.Aliquãdo vero ꝓpter alterius ad
mixtionẽ:vt viſualis radii ſpeculi/aut ꝓpter debilitatẽ
diffuſus radius:alterius coloris facit apparitionem.

❡Reſtant adhuc quinq; capita. In quibus philoſophus de iis agit
impreſſionibus: quæ luminis refractione fiunt. In Nono quidẽ &
Decimo de Halone:In.xi.&.xii.de Iride:In.xiii.de Virgis & Para
heliis. De Halone præmittit tria accidentia/ dein eius generationem
In ſequẽti autẽ capite ꝓprietates eius explicat/& duas affert rationes
Halon cur Halon ſit circulus. ❡ Eſt aũt Halon apud Græcos/nomẽ perito-
ſyllabum/id eſt/ſuperexcreſcẽs:quia obliqui rectum in vna ſyllaba
Halos excedunt.❡ Halos vero iſoſyllabũ eſt/id eſt/æquiſyllabũ/ q᷑ obliq
rectũ nõ ſuperant.Interpretat̃ latine Area. Arabice vero(vt refert Al
bertus)dicitur Alloleti:quod interpretatur Corona.

Quid Halon ❡ Quid eſt Halon? Eſt circulus luminoſus/alicui aſtro ſuppoſitus/
ex radiorum refractione/in nube vniformi cauſatus. Sane non fit
Halon/materiæ incẽſione/ ſed nubis illuſtratione. Debet aũt nubes
eſſe regularis.Hoc eſt/in omnibus partibus circa centrum æqualiter

diſpoſita. Alioqui lumen per circum non æqualiter diffunderet.

R

¶ Ponit philoſophus in textu/Tria Halonis accidētia/ quibus ab Iride differt. Primū quidē ex parte figuræ. Secundū ex parte ſyderis. Tertiū ex parte tp̄is. Etenim Halon integer apparet circulus. Iris vero dimidius. Nō fit ſolū ſub ſole aut luna(vt Iris) ſed & ſub aliis Planetis: Immovero ſub quibuſdā etiā fixis ſtellis Halon fieri pōt. Nec fit ſolū interdiu(vt Iris)ſed & noctu: Et quidē frequentius: Tum ꝙ radii Solis fortiores ſunt quā lunæ/aut aliorum aſtrorū. vaporē itaq̄ diſpeſcūt/ne ſub Sole nubes conſiſtat: Tum ꝙ frigus noctis magis promouet conuerſionē vaporis in nubem/ quā tepor diei. fit item crebrius (quemadmodū & aliæ impreſſioues) Vere & Autumno/ quā hyeme & æſtate: Sæpius quoq̄/in crepuſculo diluculoq̄/quam in medio diei aut noctis: partim propter temperiem aeris in frigore & calore: partim ob maiorē vaporis copiam/tunc in aere cōſiſtētis.

Tria Halonis accidētia.

¶ Quartū ſuperaddit accidēs S. Thomas/ ex parte Coloris. Halon (inquit) apparet albus circulus/cui vndiq̄ circumponitur nigredo: Ratio. Quia quædam partes materiæ in qua apparet Halon/magis incorporāt ſibi lumen/& quædam minus. ſed lumen vergit in albedinem: Ergo partes plus de lumine ſibi incorporantes/ apparent albiores q̄ aliæ: ſed minus album iuxta magis album apparet nigrū.

Quartum accidēs ex parte Coloris

¶ Cum igitur lumen incidit in centrum nubis ſuppoſitæ/ fortius illuſtrat partes proxime ſibi adiacentes: minus autem eas/quæ longe a centro ſunt iuxta periferiam. Quare nigrior videtur Halonis circūferētia/quā centrū. ¶ Halonis generationē ſic per ſimile declarat Seneca libro primo. Cum in piſcinā(inquit)lapis miſſus eſt: videmus in multos orbes aquā deſcendere/& fieri primū anguſtiſſimū orbē. deinde latiores/ac deinde maiores/ donec euaneſcat impetus/ & in planiciem immotarū aquarum ſoluatur. ¶ Tale quiddā cogitemus fieri etiam in aere: Cum enim ſpiſſior factus eſt/ plagam ſentire pōt Lux itaq̄ Solis aut Lunæ. vel cuiuſcūq̄ ſyderis incutiēs illum/in circulos cogit recedere. Nam humor & aer/& omne/ quod ex ictu formam accipit. in talem habitum impellitur. qualis eſt eius/ quod impellit. Quia ergo lumen rotundum eſt/& aer hunc modum/lumine percuſſus/exhibet.

Generatio Halonis. Ex Seneca

¶ Vbi cōſiſtit nubes in qua fit Halon? In media regione aeris. Sen. Non autem exiſtimamus/iſtas(ſiue Areæ/ ſiue Coronæ ſint) In vicinia ſyderum fieri: plurimū ab his abſunt/quāuis cingere ea & coronare videanī. Nō longe a terra fit talis effigies: quā viſus noſter/ſolita imbecillitate deceptus/circa ipſum ſydus poſitam putat. In vi

Vbi conſiſtit Halō

cinia autem ſolis & ſtellarũ, nihil tale poteſt fieri. vbi Aether tenuis eſt: Quia formæ, craſſis denſiſq; corporibus imprimi ſolent. In ſubtilibus autem, non habent, vbi cõſiſtant aut hæreãt. Superiora itaq; coronas non habent. quia ne ventos quidem. ¶ His argumentis & illud adiice: Nullam Coronã colligi, niſi ſtabili aere, & pigro vẽto. aliter non ſolet aſpici. Nam ſicut lapillus in piſcinam, aut lacũ, aut aquam ligatam miſſus, circulos facit innumerabiles. at hoc idem in flumine non faciet. quia figuram omnem aqua fugiens diſturbat: Sic idem in aere quoq; euenit. vt ille q manet figurari poſſit: At ille qui rapitur & currit, non det ſui poteſtatem: & omnẽ ictum, venientemq; formã exturbet: quia prima quæq; pars eius diſſipatur.

Halon in tranquillo fit aere

DECIMI CAPITIS NOTE.

¶ Cathetus c exili in principio: t in ſecunda & tertia ſyllaba, ſolum aſpirato in ſecũda: græcum eſt, perpendiculum. ¶ Cathetũ hic vocat rectam quãcũq;: a circũferentia ad punctũ directe perpẽdicularis: eductam in nubis planicie. ¶ Directa perpendicularis, a b.


DEcimũ cap. oſtendit cur Halon ſit circulus. duas rationes: naturalem & mathematicam adhibens. Et interſerit quid Halon nũciet. ¶ Cur Halon circa ſolem, lunam, & aſtrum appareat circulus. Diximus refractionẽ fieri aere coacto & vapore in nubem cõſiſtente: dum regularis, & minutarũ partiũ extiterit. Hinc ſi cõſiſtat & denſetur: pluuiam nũciat. Fit enim pluuia vapore denſato. Si marceſcit & euanidus diſparet: ſerenitatẽ. Id enim facit calidum, ipſum cõcreſcere & denſari nõ ſinens. Si diſtrahitꝰ & diſcerptus ex vna parte recedit: ſpiritum prænũciat. Facit enim hanc diſtractionem exhalatio: vẽtuſq; ex ea parte (qua diripitꝰ) orietꝰ. Et fit refractio nube circa ſolem, lunam, aut aſtrum conſiſtente & nõ ex oppoſito: quemadmodum fieri conſpicitur iris.

Halon indicat tria differẽter

S

I
Ratio na/ turalis q̃re Halon eſt circulus

❡ Hinc ratio deducit̃ cur Halon circu lus appareat.quia ab eodem ſigno ad idē ſignū vndiq; & cōſimiliter refracto radio:circulum eſſe neceſſe eſt. Vnifor mis autē & æqualis cōſiſtentiæ nubis: vndiq; & cōſimiliter ab eodē ad idem æquales radii refringuntur. Eſt itaq; Halon circulus. ❡ Et idem ꝑſpectiui mōſtrant.vt ſi ſit a b viſualis radius/ a quo cæteri refringant̃ ad nubis extre ma/vltro citroq; directus.Intellectiſq; incircūferētia tribus ſignis c d f:rectas a c/a d/& a f oſtendunt eſſe æquales. Et ſimiliter rectas c b/d b/& f b æq̃les Quare tres magni triāguli.a c b/a d b & a f b/eadem baſi a b cōmunicantes: ſunt æquales. Triāgulos enim æqualiū laterū & eandē aut æqualem baſim ha bētes:æquales eſſe neceſſe eſt Ducant̃ præterea Catheti ab angulis triangu lorū: c d/f. ad e punctum recte a b in plano conſtitutæ nubis:qui ſint c e/d e f e:quos ꝓbāt æquales. Nam in æqua libus triangulis in vno plano ad rectū a b omnes in ſigno e copulant̃ Eſt igit̃ circulus/cuius cētrū eſt e: vtpote a quo omnes recte ad circūdantē lineam edu ctæ ſint æquales De quibuſlibet enim aliis lineis eodē patere poteſt indicio. Et in a ponitur oculus:in b ſol. Et (vt



dictum eſt)intelligẽda ſunt continua ſpecula parua: quæ(quia conſequẽtia)videntur vnũ facere.& in vno quoq; videtur ſol vt albus. & circa extrema magis ni gredo:quia album ſit iuxta poſitũ. ¶ Et ſæpius circa lunam q̃ ſolem fit Halon. Nam ſol feruore ſuo mate riam diſgregat & diſpergit: quam neq; diu conſiſtere pmittit. Et circa aſtra eadẽ de cauſa:ſed nube exiſtẽte debili & infœcunda.vnde fit vt ea nõ ſignificent quæ ſolis & lunæ coronæ:ſed ſerenitatẽ potius indicant. De Halone hæc dicta ſint.

Halon ſæpius circa lunã q̃ ſolem

In hoc capite philoſophus ſigna Halonis præmittit/& duas affert rationes. Primo/accidẽtis ſupra aſſignati. Secũdo,pprietatis cauſam ſubiungit. Quæ textus habet/plana ſunt: Niſi ꝙ ratio Mathematica a rudibus perſpectiuæ/tyrunculis/omnino intelligi nequit:quã pro inde ſupponere libet. Naturalem potius inueſtigãdo cauſam.

S

Tria ſignificat Halõ futura

¶ Signorũ Halonis cauſam refert Sen.li.j. Nam ſi facies(inqt) vniuerſa ſubſedit/apparet tẽperatũ eſſe aera/ & ſic placidũ:Igit̃ coronæ cum delapſæ ſint/ æqualiter & in ſemetipſis euanuerint/ ſignificat̃ aeris quies/& ociũ & tranquillitas:& tũc aquã expecta. ¶ At ſi ab vna parte Corona interciſa eſt/ apparet inde aera incũbere: & ideo illa regio ventũ dabit. ¶ At cũ vndiq; & cõcerpta & lacerata eſt/manifeſtũ eſt a pluribus partibus in illã impetũ fieri/ & inquietũ aera/ hinc atq; illinc aſſilire: Itaq; ex hac incõſtantia cœli/tam multa tentantis/& vndiq; laborãtis/futura tẽpeſtas ventorũ pluriũ apparet.

T

Cauſa circularitatis/ potiſſimũ eſt ex lumine.

¶ Cauſa.quare Halon ſit circulus/potiſſime ſumit̃ ex lumine: Non ab Aſtro qdẽ/quoniã ſub luna ſemiplæna cõſiſtit talis circulus. Nec a nube.quoniã nubes ſecundũ ſe/ad nullã figurã eſt determinata.fit ,pinde ab incidẽtia luminis/circulariter ſe diffũdẽtis: ¶ Materialiter tamẽ cõcurrit & vniformitas cõſiſtẽtiæ nubis ſuppoſitæ. fit etiam interdũ apud nos talis circulus etiam circa lumen candelæ: quando humor oculorũ craſſus/lucernæ radium in ſe diffuſum accipit.

Quare ſæpius ſub luna fit halon. Ex Seneca

¶ Fit Halon(vt inqt textus)ſæpius ſub luna/q̃; ſub ſole: Ideo ſane (vt refert Seneca)Quia ſolis fortius lumen eſt/&aer agitatus ab illo calefactuſq; ſubtilior/& ſolutior eſt: Lunæ autem inertior vis eſt. Ideoq; facilius circũpoſito aere ſuſtinetur. Cætera quoq; ſydera infirma ſunt/nec aera perrumpere vi ſua poſſunt. Excipitur itaq; illorũ

imago & in materia ſolidiore. ac minus cedente ſeruatur.

¶ Debet enim aer. nec tam ſpiſſus eſſe. vt excludat ac ſubmoueat a ſe lumē immiſſum. Nec tam tenuis & ſolutus. vt nullam veniētibus radiis morā præbeat. Hæc noctibus tēperātia cōtingit: quādo circū‑iectum aera. luce leui non pugnaciter/nec aſpere feriunt/ ſpiſſioreꝗ ꝙ eſſe ſolet interdiu/inficiunt.

¶ Alia item eſt Corona: cœleſtis quidem imago. Ex terris ſane (ſi poetarū fabulis credēdū eſt) inter aſtra/relata/ꝙ Bacchus Ariadnen ea honorauerit ¶ Qua de iucūdū extat carmē Pōtani li. iii. Vraniæ. — Corona cœleſtis Pontanus li. iii. de ſtellis

Euge pater Lænæe Euan/tibi carmina noſtra
Aſſurgunt: monumenta tuæ nam coniugis aſſunt.
Inſignitum auro textum ac radiantibus aſtris
Et primo ſplendet cœlo memorabile donum:
Quod dea/tum rore Idalio/ambroſiæꝗ liquore
Sparſerat/& cypria madefactum intinxerat vnda.
Tum flore ornarat vario/intactamꝗ Hyacinthum
Miſcuerat/violamꝗ roſæ/caſiumꝗ Amarantho.
Hinc natis ſtudium tenerorū manſit odorum.
Conficiunt vnguenta/& florea ſerta coronant:
Mundicies indigna viro/ comptuſꝗ puellæ
Perſimilis. quæꝗ & Veneris molle imperat aſtrum.
Inde etiam occultus ſub pectore paſcitur ignis:
In vetitumꝗ ruunt/& amor noua vincula nectit:

VNDECIMI CAPITIS NOTE.

¶ Alurgon/purpura/græcum eſt. Hinc Alurges purpureus deducitur. ¶ Xanthos/t aſpirato/flauus/itidē græcū. ¶ A color puniceus. b viridis. c purpureus.

VNdecimū cap. cōtinet q̄tuor Iridis accidētia. Iridis generationē. q̄tuor Iridis & Halonis differentias. Iridis colores. Quo pacto duæ ſimul apparentes Irides ſuos colores repræſentent. Et ꝙ Xanthus color nō ſit a puniceo alius.

¶ Quatuor iridis accidētia. Primū. nūq̄ȝ Iris cōplet9 & integer eſt circulus: neqȝ deciſio ſemicirculo maior. Secundum. Sole oriente aut occidente videtur arcus maior. & quanto ſol magis eleuatus fuerit: minor. — Quattuor accidentia Iridis

Tertium. poſt autumnale æquinoctium breuioribus exiſtentibus diebus: qualibet diei hora apparere pôt arcus. In longioribus autẽ diebus circa meridiẽ non apparet. Quartũ: nõ cõtingit plures duab9 in colorũ poſitione differẽtes Irides fieri. & earũ vtraq; tricolor erit: eoſdẽ ſecundũ numeros colores habẽs/ puniceũ/ viridem/ & purpureũ: ediuerſo tamẽ poſitione reſpondentes. & alterius exiſtunt ſubobſcuriores. ¶ Iridis generatio. in rorida nube e regiõe Soli oppoſita radii ſolis refringunť: & imaginem ſolis male exprimunt/ redditurq; viſibus noſtris tricolor cõſpiciẽdus arcus: qui Iris nuncupať. Sunt enim (vt dictum eſt) illa ſtillandi proxima rorida vt parua ſpecula/ quæ rei colorẽ & non plane figurã repræſentant. Et ꝙ ab ipſis radii viſiui refringantur. multa ſunt indicia. quia viſus ab omnib9 corporibus planis (qualia ſunt aer & aqua) refringi videť. Ab aere quidem: quia hanc ob cauſam Antiphonti ſemp videbať præcedere idolum ad ſe cõuerſum. Id enim faciebat refractio & viſus debilitas/ vt ei aer ſpeculũ fieret. Et hanc iterũ ob cauſam nauiũ trabes: curuiores/ groſſioreſq; in mari ſe mõſtrant. Et flantibus Euris rerum maiores moles. Et ſol & aſtra orientia & occidua: maiora videnť. ꝙ caligines & vapores medii/ viſiuos forti9 frãgãt radios & diſpergãt. Quod ſi aer & aerea illa corpora refringũt: multo fortius aquã refringere permanifeſtum eſt. ¶ Quattuor Iridis & Halonis differẽtiæ. Differunt primo iris ab Halone. ꝙ iris ſemper fit ex ſolis aut aſtri oppoſito. Halon autẽ ſub aſtro. Secũdo: iris nigrior: Halon aũt fulgidior atq; albior apparet. Fulgidũ enim ꝑ nigrũ

Quõ generatur Iris V

Ab Aere & aqua refringiť viſus

Differunt Iris & Halon Quadrifariam.

aut in nigro cōſpectū:puniceū apparet. Viridia enim ligna multum fumū candidæ flammæ miſcentia:ignē oſtendunt rubeū. Et ſol per fumū & caliginē viſus ſe puniceū oſtendere videt̃.qualis & prima iridis refractio conſpicit̃:cū a paruis roridis guttis fit refractio. Tertio.quia circa ſolem halon nō tanta cōſiſtit mora: quāta arcus ex ſolis oppoſito poteſt. Nā ſtatim ſoluit̃ aut pluit. Quarto.qa iridis ſimilitudo circa lucernas flantib9 Auſtris apparet/circa remos rorātes:aſpergētes aquas/&ſi quis manu e regiōe ſolisvmbroſo loco: ſubtiliter aquas aſpergat & irroret. Et potiſſimū purpureū colorem habet/& non puniceū: & hoc radiorū refractione euenit. Et paruulæ guttæ fiūt ſpecula: nō aūt hoc pacto halonē effingi cōtingit. ¶Iridis colores Tricolor iris apparet.puniceū habens colorem:q̄ fulgidum in nigro aut per nigrū conſpectum/ tale appareat. Viridem quidem: quia radius ꝓtenſus/magiſq; ſit vmbræ particeps.& nigrū vt negatio quædam eſt: cuius multa ſunt indicia. Indeficiēdo enim viſu:nigrū apparet. Et hinc euenit vt omnia a lōge viſa:nigriora appareāt/minora & planiora.& ī ſpeculis imagines: & nubes in aqua ſe præbēt intuētibus nigriores. Nec iniuria:nam propter refractionē pauco/ debiliq; aſpiciuntur radio. Et plærūq; accidit:nubē(quæ ꝓpe ſolē exiſtit) reſpicienti:nullū apparere colorē/ ſed incoloratam nubem videri. eandē autē in aqua ꝓſpicienti: aliquē colorem Iridis ſe putare videre. Eſt itaq; notū radiū fractū ꝓpter debilitatē:nigriorē videri/& albū minus:tandem perductū iri ad nigrū. Hinc q radius fortior puniceū habebat colorē:debilior factus pmu

Iris apparet tricolor

tať in viridē. Qui & iterū debilior: abit in purpureū
quē Alurgea dicūt. Aliorum enim colorū inſenſibilis
eſt permutatio. Hinc Iris tricolor conſpicitur. ¶ Quo
pacto duæ ſimul apparentes Irides ſuos repræſentēt
colores. ¶ Cum duæ ſimul fiunt Irides: debilior for
tioris eſt imago. Quo fit (qa debilior ex primæ refra
ctiōe/debilioriq; radio exiſtat: & oppoſitos & ſecūdū
poſitionē ediuerſo locatos colores habens) vt primæ:
ſint puniceus/ viridis purpureus. & ſecundæ: purpu
reus/viridis/puniceus. Et quādo tres apparent: tertia
vſq; adeo debilis eſt vt vix videri queat Nā ex ſecūda
debilitato admodum radio ea naſcitur refractio: poſi
tos colores primæ conſimiliter habēs: puniceū/ viridē
purpureum. ¶ Et præter aſſignatos colores alium ap
parere credunt: quem Xanthū dicunt: nos autē flauū
dicere poſſumus/q color eſt punicei/viridiſq; medius
Verum alius ab aſſignatis non eſt: quo minus Iris tri
color dicať. Propter enim punicei & viridis iuxtapo
ſitionem apparet. Nam puniceum iuxta viride ſitū:
alboris/flauitieiq; eſt æmulū. ¶ Et ex iuxtapoſitione
tales fieri repræſentationes: multa produnt indicia:
Primo. quia nigerrima nube exiſtente: factæ Iridis
Xanth9 color poti9 q̄ȝ punice9 apparet: ex forti nubis
obſcuratione/ & coloris viridis iuxtapoſitione. Facit
enim circūſtans nigrū quod puniceū eſt albeſcere/ap
parereq; flauū: Secundo. qa cū ſoluiť Iridis puniceū:
nubes alba iuxta viride p̄mutať ī Xanthū. Tertio. qa
hāc ob cauſam ī iride lunæ/Xanth9 color vel maxime
apparet. Hui9 enī cauſa eſt obſcura nubes/ & noctis
opacitas: appareteq; valde alba. Quarto. qa hanc va

Duæ Iri des ſimul.

Color xanthus ſeu flauus

Quattuor indicia colorū ex iuxtapoſitiōe

rietatẽ licet plane conſpicere in texturis: cum varii colores iuxta ſeinuicem intexuntur: plærũq; ex ſitu & iuxta poſitione alterius coloris apparentiã faciũt: ita quoq; & in floribus. Hinc fit vt ad lucernã operantes in variorũ colorum lanis ſæpius peccent: colorem pro colore accipientes. Et in nocte legẽtibus flores idem accidit: vt flores pro floribus legant decerpantq;. Eſt itaq; tricolor Iris: nec hoc impedit Xanti coloris apparentia.

¶ In hoc capite philoſophus de Iride agit: & in ſequẽti: præmittit
hic quattuor eius accidentia. Dein eius generationẽ. & colores ſub-
iungit. Accidentiũ cauſam ponit in ſequenti capite. Cauſam vero
colorum hic aſſignat:
¶ Quid eſt Iris? Eſt imago ſolis roſcida/caua nube concepta: vt ait Quid Iris:
Seneca li. j. Et Virgilius li. iiii. Aeneidos. Virgilius.
Ergo Iris croceis per cœlum roſcida pennis
Mille trahens varios aduerſo ſole colores.
Roſcida quidem (inquit Seruius cõmentator) quia cũ nubibus eſt. Seruius
quæ nõ carent rore: Cui varios colores illa dat res. quia aqua tenuis/
aer lucidus. & nubes caligantes irroratæ/varios creant colores.
¶ Et Iſidorus li. xiii. Arcus (inquit) cœleſtis dicitur a ſimilitudine Iſidorus
curuati arcus. Dicĩ autẽ ꝓprie Iris: quaſi aeris. ꝙ per aera ad terram
deſcendat. Hic a ſole reſplendet. dum cauæ nubes. ex aduerſo ſolis
radiũ accipiũt. & arcus ſpeciẽ fingunt. ¶ Pli. item li. ii. Manifeſtũ Plinius
(inquit) eſt. radiũ ſolis cauæ nubi immiſſum. repulſa acie in nubẽ
refringi. colorũq; varietatẽ mixtura/nubiũ/aeris/igniumq; fieri.
¶ Pontanus deniq; eius generationẽ ſic explicat. Pontanus
Haud aliter leui in nube/cœloq; quieto
Obliquus cum ſe radiorum impegerit ardor
Nubila per conuerſa acies in fronte reſultat:
Flectuntur retro radii/fit protinus arcus.
Ille quidem varios ducens e nube colores:
Vt viridi quoties ligno celer hæſerit ignis
Flamma rubet/madida referens a matre virorem:
Forſitan/& cum nube caua ſe oſtentat imago/
Ceruleum videas/qui non eſt/ipſe colorem.

V

Senecæ diſceptatio de Iride.

¶ Seneca li. j. hac de re in vtrāq; partē diſſerit: Pro Ariſtotele qdē ſic

¶ Quidā ita exiſtimāt arcū fieri: Dicūt, in ea parte, in qua pluit. ſingula ſtillicidia pluuiæ cadētis. ſingula ſpecula eſſe: a ſingulis ergo imaginē reddi ſolis. Deinde multas imagines. & deuectas, & deuexas, & in præceps tranſeūtes, cōfundi: Itaq; & arcū eſſe multarū imaginū Solis cōfuſiones. Nempe ab omni leuitate acies radios ſuos replicat: Nihil aūt leuius aqua & aere: Ergo etiā ab aere ſpiſſo viſus in nos redit. Vbi ergo hebes & infirma eſt acies, quolibet ictu aeris deficit. ¶ Quidā hoc genere valetudinis laborāt, vt ipſi ſibi videanē occurrere. vt vbiq; imaginem ſuā cernant. Quare? Quia infirma vis oculorū nō pōt ne ꝓximū quidem ſibi aera ꝓrumperere: ſed reſiſtit. Itaq; quod in aliis facit dēſus aer: in his facit omnis aqua. Satis enim valet, qualiſcūq;, ad imbecillē aciē repellendā. Ergo cū multa ſtillicidia ſint, totidē ſpecula ſunt. Sed qa parua ſunt. Solis colorem ſine figura exprimūt. Deinde cū in ſtillicidiis innumerabilibus. & ſine interuallo cadētibus reddaē idē color. incipit facies nō multarū imaginum intermiſſarū: ſed vnius longæ atq; cōtinuæ.

Iris celeriter generatur.

¶ Inter argumenta ſic naſcētis arcus pono: q; celerrime naſciē: Igneū eni, variūq; corpus cœlo inter momentū ſubtexiē, & aqua celeriter aboleē. Nihil autē tā cito reddiē a ſpeculo, q̄; imago: Non enim facit quicq̄;, ſed oſtēdit.

Duo ſimilia:

¶ Altera cauſa arcus eiuſcemodi reddiē. Videmus cū fiſtula aliquo loco rupta eſt. aquā per tenue foramen elidi. quæ ſparſa cōtra ſolem oblique poſitū. faciem arcus repræſentat. ¶ Idem videbis accidere, ſi quando volueris obſeruare fullonem. cum os aquæ impleuit. & veſtimenta tendiculis deducta, leuiter aſpergit: apparet varios ædi colores, in illo aere aſperſo, quales in arcu fulgere ſolent. Huius rei cauſam in humore eſſe nō dubitaueris: Non fit enim vnq̄; arcus, niſi nubilo.

Iridē non eſſe imaginem Solis

¶ In partē autem contrariā ſic obiicit. Quomodo, inquis tu mihi, multa milia iſtic imaginū eſſe, vbi nullam video? Et quare cū ſolis color vnus ſit, imaginū diuerſitas eſt? Quidnam eſt tam diſſimile. quā Sol & arcus. in quo neq; color, neq; figura ſolis, neq; magnitudo apparet? Arcus lōgior ampliorq; eſt. longeq; ea parte. qua fulget. rubicundior quā Sol: Cæteris vero coloribus diuerſus.

Non fieri Iridem in nube ſpeculari.

¶ Deinde cum velis ſpeculum aliis comparare, des mihi oportet, eandem leuitatē corporis. eandem æqualitatē. eundē nitorē. Atqui nullæ nubes habent ſimilitudinē ſpeculi: Per medias ſæpe trāſimus nec in illis nos cernimus: Qui montiū ſumma conſcendunt. ſpectāt nubes. nec tamen imaginem ſuam in illis cernūt. Singula ſtillicidia ſingula ſpecula ſunt. Concedo, ſed illud nego. ex ſtillicidiis cōſtare

nubem. Habet enim quædam. ex quibus ſtillicidia fieri poſſunt. nõ ipſa: Nec aquam quidem habet nubes/ſed materiam futuræ aquæ.

¶ Concedam tibi/ & guttas innumerabiles in nubibus eſſe. & illas faciem reddere: Non tamen omnes vnam reddunt. ſed ſingulæ ſingulas. Deinde inter ſe ſpecula coniunge/in vnã imaginẽ nõ coeũt/ ſed quæq; particula/in ſe rei ſimilitudinẽ claudet. Sunt quædam ſpecula/ex multis minutiſq; cõpoſita. quibus ſi vnum oſtenderis hominem/populus apparet: vnaquaq; parte faciem ſuam exprimẽte: Hæc cum ſint coniuncta/ & ſimul collocata. nihilominus ſeducunt imagines ſuas. & ex vno turbam efficiunt: Cæterum cateruam illam nõ confundunt/ ſed direptam in ſingulas facies diſtrahunt. Ergo arcus vno circũſeptus ductu/ vna totius eſt facies. ¶ Quid ergo inqs? Nõne aqua ex rupta fiſtula ſparſa/ & remo excuſſa/habere quiddam ſimile iis/quos videmus in arcu/coloribus ſolet? ¶ Verũ eſt/ſed nõ ex eadem cauſa/ex qua tu videri vis. quia vnaquæq; ſtilla recipiat imaginem ſolis: Citius enim cadunt ſtillæ/ quã vt concipere imaginem poſſint/ ſtandum eſt/vt id quod immittatur/excipiant.

Multa ſpecula non reddũt vnã imaginẽ

Obiectio

Solutio.

¶ Quid ergo fit? Colorem non imaginem ducunt: Aliquo modo/ vt ait Nero Cæſar diſertiſſime.

Nubes ſtillãtes colorẽ nõ imaginẽ recipiunt.

Colla Tiberiacæ ſplendent agitata columbæ.

Et variis coloribus pauonum ceruix/quoties aliquo deflectit/ nitet. Nunquid ergo dicemus ſpecula/ eiuſmodi plumas/ quarum omnis inclinatio in colores nouos tranſit? Non minus nubes diuerſam ſpeculis naturã habent. ¶ Aues/quas retuli/ & Cameleontes/ & reliqua animalia/quorum color/aut ex ipſis mutatus: cum ira vel cupidine incenſa/cutẽ ſuam variant humore diffuſo. aut poſitione lucis: quã prout rectam vel obliquam receperint/ita colorantur.

Vnde mutatio coloris in colũba vel Cameleonte.

¶ Quid enim ſimile ſpeculis habent nubes? Cum illa nõ ꝑluceant/ Hæ tranſmittant lucẽ: Illa denſa & coacta. hæ raræ ſunt: Illa eiuſdẽ materiæ tota/hæ diuerſis temere compoſitæ/ & ob hoc diſcordes/ nec diu coheſuræ. Præterea videmus ortu ſolis partem quandã cœli rubere. videmus nubes aliquãdo ignei coloris: quid ergo ꝓhibentur quo modo hunc colorem vnum accipiunt ſolis occurſu: ſic multos ab illis trahi/quãuis non habeant ſpeculi potentiam? Hæc dicuntur ab iis/qui videri volunt/nubem colorari.

Nubes nõ eſſe ſpecula

¶ Veros autem eſſe Iridis colores/probat Sanctus Thomas quatuor rationibus. ¶ Prima. Quia per ſe mouent viſum. quod Coloris ꝓprium eſt. ¶ Secunda. quia viſus iudicat ibi veros eſſe colores/ licet ſecundũ eſſe debile. At ſenſus circa proprium ſenſibile non errat.

Veri colores Iridis. Ex Tho. ob. iiii. rationes.

¶ Tertia. qa viſus iudicat ſe verũ ibi apprehẽdere colorẽ. At ſenſus circa ꝓpriũ obiectũ non decipitur. ¶ Quarta. quia principia veri coloris in nube reperiũtur: quæ ſunt/perſpicuũ aliquo modo terminatũ in ratione materiæ: & lumen exiſtens in actu/in ratione formæ: At iſta duo cõſtituũt colorem. ¶ Sunt autẽ huiuſmodi colores(vt eidẽ placet Authori)ſubiectiue in partibus ſpecularibus rorationis. non in ipſa nube nigra: Quãuis ſecundũ ſenſum ibi eſſe appareant. ꝙ viſus ob elongationẽ. vnius ab altero diſtantiã diſcernere nequit.

Vbi ſũt illi colores ſb=iectiue.

Duplex ſubiectũ Iridis: Ex Alberto

¶ Atvero Magnus Albertus duplex aſſignat huiuſmodi colorum ſubiectum: Primũ quidẽ in quo generantur: Alterũ ſuper quod radio ſolis deferuntur. Nam ex radiis ſolis in ſuperficie pyramidis roridæ exteriori/generatur Iris ꝑfecta: In nube autẽ ſpiſſa poſt illã pyramidẽ radius in pyramide tinctus. alterum depingit arcum.

Obiectio. Ex Poſſi=donio.

¶ Contra hanc opinionẽ ſic inſtat Seneca ex Poſſidonio. Si vllus eſſet in arcu color/permaneret/vt viſeretur/ eo manifeſtius/ quo ꝓpius Nunc imago arcus. ex longinquo clara eſt: Interit/cum e vicino eſt ventura.

Solutio. Ex Seneca

¶ Idem ad hanc inſtantiã ſic reſpondet. Huic(inquit) contradictioni nõ conſentio: Quia colorantur quidem nubes/ſed ita/vt color eius nõ vndiqꝫ appareat. Nam ne ipſa quidẽ vndiqꝫ apparet: Nubem enim nemo/qui in ipſa eſt/videt. Quid ergo mirũ · ſi color eius non videtur ab eo/a quo ipſa nõ viſitur? Atqui ipſa quãuis nõ videatur/eſt: ergo & color. ¶ Præterea/cum dicitur tibi/nubem ſole eſſe ſuffertam. non dicitur tibi. Colorem illũ immixtũ eſſe velut duro corpori ac ſtabili & manẽti. ſed vt fluido & vago. & nihil amplius q̃ꝫ per breuem ſpeciẽ recipienti. ¶ Sunt etiam quidam colores. qui ex interuallo vim ſuam oſtendunt: Purpurã Tyriam. quo melior ſaturiorqꝫ eſt. eo oportet vt altius teneas. vt fulgorem ſuũ oſtendat: Non tamen ideo nõ habet illa colorem(quia q̃ꝫ optimũ habet)ꝙ nõ/quocũqꝫ explicaretur/oſtendit.

Vis quorũdã colorũ ex iteruallo.

¶ In eadem tamẽ ſentẽtia ſum(inquit Seneca) qua Poſſidonius: vt arcum iudicem fieri. nube formata in modum cõcaui ſpeculi & rotundi. cui forma ſit partis pilæ ſectæ. Hoc ꝓbari. niſi Geometræ adiuuerint/non poteſt. qui argumẽtis nihil dubii relinquẽtibus docent Solis illã eſſe effigiem/non ſimilem. ¶ Neqꝫ enim omnia/aduerſus ſpecula reſpondent: Sunt quæ videre extimeſcas. tanta deformitate corrupta. vt faciem viſentiũ reddant/ ſeruata ſimilitudine in peius. Sunt/quæ cum videris/placere tibi vires tuæ poſſint/in tantũ lacerti creſcunt. & totius corporis ſuper humanã magnitudinẽ habitus augetur. Sunt quæ dextras facies oſtendunt: ſunt quæ ſiniſtras: quæ tor

Sententia Senecæ.

Non oĩa ſpeculo reſpondent.

queãt/uel euertãt. Quid ergo mirũ eſt. eiuſcemõi ſpeculũ. quo Solis ſpecies vicioſa reddit/in nube quoq; fieri? ¶ Quare tamen ſi imago ſolis eſt arcus. longe ipſo ſole maior apparet? Quia eſt alicuius ſpeculi natura talis. vt maiora multo quæ videnẽ oſtẽdat. & in portẽtuoſam magnitudinẽ augeat formas. Alicuius inuicẽ talis eſt. vt minuat. ¶ Illud adiiciam/omnia p aquã videntibus. longe eſſe maiora Litteræ quãuis minutæ & obſcuræ. per vitreã pilam aqua plenam/ maiores clarioreſq; cernunẽ. Poma formoſiora quã ſint/videntur. ſi innatent vitro. Sydera ampliora per nubẽ aſpicienti cernunẽ: quia acies noſtra humido labiẽ/nec apprehendere/quod vult/fideliter põt Quod manifeſtum fiet: ſi poculũ adimpleueris aqua/& in id conieceris annulũ. ¶ Quid ergo mirũ/maiorẽ reddi ſolis imaginẽ/ quæ in nube humida redditẽ? cum duabus de cauſis hoc accidat: Quia in nube eſt vitro ſimile/quod poteſt plucere: Eſt aliquid & aquæ: quã ſi nondũ habet/tamen iam apparet eius natura. in quã ex ſua vertaẽ ¶ Apparet autẽ nõ fieri vllum colorẽ. ſed ſpeciẽ falſi coloris: qualẽ (vt dixi) colũbarũ ceruix & ſumit & ponit. vbicũq; deflectitẽ: Hoc autẽ & in ſpeculo eſt/cuius nullus videẽ color/ſed ſimulatio quædã coloris alieni. Hæc Sen. ¶ Quare non apparẽt colores Iridis p totũ ſpaciũ nubis iam diſtillantis & rorantis? Quia (vt inquit Albertus) Nũquã apparet Iris/niſi radius ſolis penetrare poſſit: Hoc autem fit ſolum in extremo ſuperiori. In medio autẽ globus ſpiſſus eſt/ ppter materiam reſidentẽ multam. Nigrũ enim/quod ſubtus eſt/impedit tincturam/& extinguit eam.

Iris eſt imago ſolis vicioſa

Quare apparet maior quã ſol

Nõ eſſe veros Iridis colores

Dubii Solutio: Ex Alberto

DVODECIMI CAPITIS NOTE.

¶ Meridianus eſt circulus intellectus trãſire p punctũ verticis capitis noſtri & polos mundi. ¶ Punctum verticis capitis/vertex noſtri horizontis.

Dvodecimũ caput cõtinet quinq; Iridis pprietates. ¶ Prima Iris eſt circuli portio/nunq̃ ſemicirculo maior. Et q; ſemicirculus appareat: hinc liquere poteſt. poſito enim Horizontis noſtri hemiſperio c/& horizonte circulo a b. cẽtro ſolis in occidẽte b: centrũ Iridis erit in oriẽtis puncto oppoſito vt a. quare ſola medietas ſup horizontẽ a b: in hemiſperio c relicta eſt. & vbicũq; fuerit alibi

Quinq; Iridis ppietates X

ſol ſupra horizontẽ: erit Iridis centrum ſub horizonte. quare vbicũq; alibi ſole exiſtente: Iris ſemicirculo minor apparebit. ¶ Secunda. ſole exiſtente in ortu & in occaſu: maxima quæ fieri poteſt ꝑcreat᷑ Iris. ¶ Tertia Quanto ſol ſupra horizontem altior aſcenderit: tanto minor apparebit arcus. Vnde fit vt ſole meridianum tenente: q̃z fieri pōt euadat minimus. ¶ Quarta poſt autumnale Aequinoctiũ Iridem omni hora ſe demonſtrare cõtingit. ¶ Quinta Circa æſtiuas verſiones. nõ contingit Iridem in meridie apparere. Et omnia hæc Mathematicis rationibus, Ariſtoteles oſtẽdit. quæ qa difficultatẽ & laborẽ quãplurimũ habent: neq; capi valeãt. niſi a pluſq̃z mediocriter eruditis, & i elemẽtis Geometricis, & ꝑſpectiua diſciplina: apponere ſolent alterã. quã quia nihil eorũ (quæ Ariſtoteles intendit) ſonet: neq; vicio careat: conſulto relinquimus.

¶ In hoc capite de figura & tpe Iridis pertractat philoſophus, adiũgitq; ſimul cauſam, accidentiũ prius aſſignatorũ. Cæterũ ꝓlixa ſubtiliq; demõſtratione ex ꝑſpectiua, Iridis oſtendit figurã. quæ cũ tyrunculorũ captum tranſcẽdat, cõſulto prætermittit᷑. Contenti igitur interim ſimus naturali ratione, par eſt.

Quare iris rotũda. Ex Alberto X

¶ Quare Iris eſt rotũda᷑ ꝓpter duo (reſpondet Albertus) Nam & ſubiectũ eius (quod eſt roratio deſcẽdẽs) globoſũ eſt pyramidaliter: & lumẽ a ſole quoq; pyramidaliter egredit᷑: Atq; (vt ait Sen.) radius ſolis. ſemꝑ ad rotunditatẽ ſe diffundit.

Quare ſemicirculo non apparet maior

¶ At nũq; maior arcus dimidio circulo apparet. Eo aũt minor eſt, quo altior eſt Sol: Quia arcus (vt ait Pli. li. ii.) niſi aduerſo ſole, nõ fit. Sunt itaq; centrũ Solis. & centrũ Iridis diametraliter oppoſita Hinc ſi ſol ſit in oriẽte in pũcto Horizontis. centrũ Iridis erit in occidẽte, etiã in puncto Horizontis: & ſic præciſe ſemicirculũ faciet ſupra horizontã Iris. At ſi ſol ſit ſuꝑ Horizontẽ eleuatus, centrũ Iridis ſub horizontẽ erit depreſſum Quo fit, vt cũ ſol meridianũ tenuerit, centrũ Iridis tenebit angulũ mediæ noctis. ideo Iris tunc fit q̃z minima.

Cã de tpe Iridis: Ex Sen.

Ariſtoteles ait Poſt autumnale Aequinoctiũ qualibet hora diei arcũ fieri: In æſtate nõ fieri, niſi in

cipiēte/aut inclinato iam die. Cuius rei cauſa manifeſta eſt. Primū: qa media die ſol calidiſſimus/nubes euincit: nec pōt ab eis imaginē ſuā accipe/quas ſcindit: At matutino tpe/& vergens ad occaſum. cū minus viriū habet/minus calidus eſt. & ideo a nubibus & ſuſtineri & repercuti pōt. ¶ Deinde cū arcū facere nō ſoleat/ niſi aduerſus iis in quibus facit/ nubibus: cū breuiores dies ſunt/ſemp obliquus eſt. Itaq̃ qualibet diei parte/ etiā cū altiſſimus eſt/ habet aliquas nubes: quas ex aduerſo ferire poteſt. ¶ At tpibus æſtiuis/ſupra noſtrū pene verticē fert. Itaq; medio die excelſiſſimus terras rectiore aſpicit linea/ quā vt vllis nubibus poſſit occurri: Oēs enī tūc ſub ſe habet. Hæc Se. ¶ Et Pli. li. ii. Arcus (inqt) nō fiūt noctu: Quāuis Ariſtoteles ꝓdat aliquādo viſum: quod tamē fatet̃ idē. non niſi triceſima luna poſſe. Fiūt autē hyeme maxime ab Aequinoctio autūnali/ die decreſcēte: Quo rurſus creſcēte/ab Aequinoctio Verno exiſtūt: nec circa ſolſticiū longiſſimis diebus: Bruma vero (hoc eſt diebus breuiſſimis) frequēter. Frequētes autē ſunt/extra miraculū/& extra oſtentū: nam nec pluuios quidē nec ſerenos dies cū fide portendunt. ¶ Seneca tamen arcui ſignificationē tribuit. Sed nō eaſdem (inquit) vndecūq; apparuerit/minas affert: A meridie ortus/magnā vim aquarū vehet: vinci enim nō poterūt/vehemētiſſimo ſole: tantū illis eſt viriū. Si circa occaſum refulſit/rorabit & leniter impluet. Si ab ortu/circa ve/ſurrexerit: ſerena promittit. Et tantū de Iride

Quando fiūt Irides. Ex Pli.

Significatio Iridis

DECIMI TERTII CAP. NOTE.

¶ Parahelius/iuxta ſolem interpretat̃: q̃ ſol iuxta ſolē apparere videat̃. Et ſub parahelio ſolis/eum/q lunæ eſt/cōprehēdimus: quem nōnulli ſolem nocturnū appellant. prodit enim Plinius tres lunas. Gn. Domitio & L. Annio conſulibus: ſimul apparuiſſe. De aliorū autē aſtrorū apparētib9 imaginib9 nō ita cōpertū eſt ¶ Cadmia/lapis ex quo æs parat̃. ¶ Chryſocola ī metallicis venis craſſo humore coacto in duriciā pumicis rigēte/gignit̃: eſtq; vt vena putris. ¶ Quid vernix vocet̃: quā nōnulli Sādarachā vocāt/notū eſt Sādaracha tamē ꝓprie extimat̃ qdā cib9 apū quē recōdūt/ dur9 vt cera: inuenit̃ q; ſæpe ī fauorū inanitatib9 ſepoſit9.

Chryſocola

Vernix

Minium

¶Miniũ ex fodinis argẽtariis vt harena rubra eruit̃: quod ſubinde purgat̃. Vocantq; medici Cinabarim. Attamẽ Cinabaris ꝓprie cenſet̃ ſanguis draconis vna cũ Elephantino ſanguine concretus.

DEcimũtertiũ cap. cõtinet cauſas virgarum & paraheliorũ. Eorũ generationẽ. paraheliorũ accidẽtia. Et breuẽ eorũ quæ duplici halitu in terra gignũt̃/expeditionẽ. ¶ Virgarũ & paheliorũ cauſæ. vt halonis & iridis. ¶ Virgarũ & paraheliorũ generatio. Cũ nubes fuerit irregularis: hac denſior/ illac rarior: hac magis aquoſa/ illac minus: refringit̃ radius ſolis/ & ꝑmultas nubis partes radii porrecti vi dent̃: ſpeculis colorẽ & nõ figurã repræſentãtib9. hicq; cadẽtibus ſtillis radii: virgæ dicunt̃. qui iridis colores nũc puniceũ/ nũc xantũ/ viridẽ/ purpureũ (remiſſiores tamẽ quã in arcu) imitant̃ atq; repræſentãt. ¶ At para heli9 apparet nube dẽſa cõtinua ad lat9 ſolis exiſtẽte ꝓpinqua vt in aquã cõuertat̃/ nondũ cõuerſa. in q̃ ſol fracto radio ob debitã denſitatẽ/ regularitatẽ/ & conti nuitatẽ: ſuã afformat ſimilitudinẽ/ queẽadmodũ ĩ ære polito: hæc autẽ ſolis ad eius latus imago: parahelius nũcupat̃. ¶ Paraheliorũ accidẽtia: pahelius apparet albus: & hoc quidẽ ideo eſt/ quia ſol albus eſt ¶ Para helius magis quã virgæ/ aquæ ſignũ eſt. Nam parahe liorũ nubẽ magis ad aquã parari oportet. Et maxime qdẽ auſtralis aquoſus eſt. ¶ Circa ſolis ortũ & occaſũ fiũt Parahelii: neq; e regione ſolis vt Iris/ neq; ſub ſole vt Halõ/ ſed ad latus. idẽtidẽ & virgæ. Neq; admodũ ꝓpe ſolẽ fiũt: nam nubis cõſiſtẽtiã diſſolueret. Neq; penit9 diſtãtes: hoc enĩ refractionis eſſet impedimẽto

Virgarum generatio.

Z

Parahelii generatio.

Quattuor Parahelio-rũ acciden-tia.

Longius enim ꝓtenſus radius a paruo ſpeculo: fit debilis. Hinc neqꝫ Halon fit ex aſtri oppoſito. Ad latus igitur ſic diſtāt: vt ſol nubis cōſiſtentiā diſſoluere nequeat/ multuſqꝫ ad ipſos ſimul veniat radius. ❡ Neqꝫ fiūt in medio cœli: qa radius ſurſum diſꝑgit̃. Neqꝫ ex latere medii cœli: nā radi9 ad terrā fert̃/ & paucus ad ſpeculum ꝑtingit: fitqꝫ reflexio debilis. ❡ De his itaqꝫ quæ ſupra terrā eminētia ſpectacula præbēt/ quæ ſint & quot ſint/ determinaſſe videmur. Determinare reliquū eſt de iis quæ intra terrā ex duplici corporū diffe rētia: exhalatiōe & vapore pariunt̃. Sicut enī ex illis ſurſum fiūt/ quæ dixim9: ita ex illis ſuo mō ī terra nūc fuſibilia/ liquabilia & illiquabilia: vt lapides/ metalla vt aurū/ argentū/ æs/ ſtannū/ ferrū: vt Cadmia vernix/ miniū/ chryſocola/ ſulphur/ pulueres colorati: & ex his cōgeſtū vt miniū/ quod Cinnabarim nōnulli vocāt/ & cōſimilia ꝓcreant̃. ❡ Exhalatio enī terreſtris atqꝫ ſicca lapidib9 ortū præſtat. Et vaporoſus halit9 metallicis corporib9/ cogēte atqꝫ dēſante frigore: vt fit ī rore/ gelu grādine/ & niue. Hinc euenit vt quæcūqꝫ ī metalla cō ſtringāt̃ atqꝫ dureſcāt: ductilia atqꝫ liquabilia ſint: vt æs/ aurū/ atqꝫ ferrū ductilis ſūt naturæ. Fit item vt nō nulla ſint vt potētia aq̄: nec iniuria ꝓfecto. quādoqdē eorū materia/ aqueus halitus fuerit. ſed tūc/ neqꝫ aurū neqꝫ æs erant. Sed ī cōcretiōe atqꝫ gelatione: ſicca ammixta exhalatōe: vnūquodqꝫ ſuæ naturæ moderatricē accipit ſpeciē. Quapropter oīa metalla (vno: auro excepto) igniunt̃. Nā oīa (dēpto auro) igni ſiccū ſpiritū exhalabilē præſtāt. Sed cōiter hæc dicta intelligant̃. Sigillatim aūt de vnoquoqꝫ exquiſitā determinationē facere: alius exigit̃ locus.

Quæ generant̃ intra terrā ex vapore & exhalatione.

Metalla ex vapore

❡ Tertii Meteororū Ariſtotelis finis. S

¶ In hoc vltimo capitulo Tria pertractat. Primo Virgarũ & Para=
heliorum generationem. Secũdo eorũ accidentia. Tertio ea quæ in
Pumex — terra ex vapore generanẽ. ¶ Notis hæc adiiciẽda ſunt. Pumex lapis
eſt leuis/poroſus inſtar ſpongiæ/& eroſus/poliendis libris & mem
Vernix — branis aptus. ¶ Vernix puluis eſt albus. qui papyro aut membranæ
ſuperpoſitus/delendis extergendiſq; lituris aptus eſt. ¶ Ad textum
quædam ex Seneca & Plinio citare libet. pro certiori rerũ cognitiõe
habenda. Prius tamen Alberti/ac S. Thomæ de Virgis ſentẽtia refe
Virgæ fu= nes Tento rii Solis. — renda eſt. ¶ Apparent autẽ (inquit Albertus) circa Solem aliquãdo
lineæ. quæ vulgo funes Tentorii ſolis dicuntur: Et vocanẽ perpendi
culares/eo ꝙ ſuper terram videnẽ quaſi angulos rectos facere: licet
cõiunganẽ verſus Solis corpus. Sunt autẽ a duobus lateribus Solis:
frequẽtes in occidẽte & oriẽte: Et ſunt ſigna futuræ pluuiæ in ꝓximo
Colores Vırgarũ — ¶ Sunt & diuerſorũ colorũ: aliquando ſicut Iris/ ſed obſcuri/ quaſi
per tenuẽ pannũ viſi. Frequentius tamen habent duos colores. Albũ
& nigrũ. q in nubibus ſunt pallidus & fuſcus. ¶ At S. Tho. ſic ha=
Z Quõ cau= ſant Virgæ Ex Tho. — bet. Virgæ (inquit) ſunt quidã radii/quaſi lineæ ꝓcedẽtes a Sole per
nubẽ ꝑforatã. ¶ Cauſanẽ autẽ dupliciter. Primo quando nubes nõ
eſt vndiq; cõtinua: quia tunc radius ſolis penetrans nubem/tranſit ꝑ
foramina nubis: quæ ſi ſunt parua: apparẽt lineæ albæ. ¶ Secũdo.
quando nubes eſt cõtinua/ſed groſſior in vna parte. q̃; in alia/ tunc
apparẽt diuerſi colores. Puniceus quidẽ ĩ parte magis rara: Xanthus
in denſiori ac nigriori: Viridis in adhuc magis nigra & denſa.
Seneca de Virgis: — ¶ Senecæ vero li. j. hæc ſunt verba. Nũc dicendũ eſt (inqt) de virgis
quas nõ minus pictas variaſq; & æque pluuiarũ ſigna/ſolemus acci
pere: In quibus nõ multũ operæ conſumendũ eſt. quia Virgæ nihil
aliud/q̃; imperfecti arcus ſunt. Nam facies quidem illis eſt picta/ſed
nihil curuati habẽt/in rectum iacent. Fiunt autẽ iuxta ſolem fere in
nube humida. & iam ſe ſpargente: Itaq; idem eſt in illis. qui in arcu
color/tantũ figura mutaẽ: quia nubium quoq; in quibus extendũtur
Differunt Arcus/Co rona/ & Virgæ: — alia eſt. Similis varietas in coronis eſt. ¶ Sed hoc differũt/ꝙ coronæ
vbiq; ſunt/vbicũq; ſydus eſt: Arcus non niſi cõtra Solem: Virgæ nõ
niſi in vicinia Solis. ¶ Poſſum & hoc modo differentiã omniũ red
dere: Coronam ſi diuiſeris/arcus erit: ſi direxeris/virga. In omnibus
color multiplex eſt/ex ceruleo/fuluoq; varius. Virgæ ſoli tantũ adia=
cẽt: Arcus ſolares lunareſq; oẽs ſunt: Coronæ oĩm ſyderũ. Hæc Sen.
Quid Pa= rahelius. — ¶ Quid eſt Parahelius? Eſt (vt ait Sen.) nubes rotũda & ſplẽdida/
ſimiliſq; ſoli. Dicĩt a Para id eſt iuxta/& Helios ſol: qa & ſi plurimũ
a ſole diſtat/nobis tamẽ nõ apparet illa diſtãtia/ q̃;uis Parahelius in

media regione aeris conſiſtat. Tanta autē eſt eius cū ſole ſimilitudo vt imago nomen retineat exemplaris/& vocetur ſol. ¶ Sane Pli. li. ii. refert. Plures interdum cerni ſoles/nec ſupra ipſum/nec infra. ſed ex obliquo/ aut Oriente/aut occidente. Semel(inquit)in meridie cōſpecti in Boſphoro produnt: quia a matutino tempore durauerūt in occaſum. Trinos ſoles antiqui ſæpius videre/ & noſtra ætas vidit: Diuo Claudio principe: Plures ſimul quā tres viſi /ad hoc æui nūq̄ produntur. ¶ Sic tempore natiuitatis piiſſimi ſaluatoris noſtri/ tres perhibentur Soles apparuiſſe. qui tandem in vnū cōuenietes Trini ac vnius dei cultum diuinitus inſinuauerunt. ¶ De iis itaq̧ ſic ſcribit Seneca li. j. Quomodo nūc me hoc loco geram? Quid eas vocē imagines ſolis? Hiſtorici ſoles vocant: binos ternoſq̧ apparuiſſe/memoriæ tradunt. Græci Parahelion vocant: quia in propinquo fere Sole viſuntur: aut qnia accedunt ad aliquam ſimilitudinē ſolis: nō enim totū imitant̄/ſed imaginem eius/figuramq̧. Cæterum nihil habēt ardoris/hebetes ac languidi. Quis noſtrum miratur/ ſi ſolis effigiem/ in aliquo fonte/aut placido lacu vidit? ¶ Quoties defectum Solis volumus deprehendere. ponimus pelues. quas aut oleo/ aut pice implemus. quia pinguis humor/minus facile turbatur/& ideo/quas recipit imagines ſeruat. Apparere autem imagines/nō poſſunt/niſi in liquido & immoto. Tunc ſolemus notare/ quemadmodum ſe luna ſoli opponat: aut illum tanto maiorem/ſubiecto corpore abſcōdat: Modo ex parte/ ſi ita cōtigit. vt latus occurrerit: Modo totū. hæc dicitur perfecta defectio: quæ ſtellas quoq̧ oſtēdit. & intercipit lucē: tunc ſcilicet/cum vterq̧ orbis ſub eodem libramento ſtetit.

Plures cerni Soles. Pli.

Seneca de Paraheliis

Quomō deprehēditur Eclypſis.

¶ Quemadmodū ergo vtriuſq̧ imago/in terris aſpici poteſt. Ita in aere: cum ſic coactus ac limpidus conſtiterit/vt faciē ſolis acciperet. ¶ Quā & aliæ quoq̧ nubes accipiunt/ſed tranſmittunt: ſi aut mobiles ſunt/aut raræ/aut ſordidæ: Mobiles enim ſpargunt illam/raræ emittunt/ſordidæ non ſentiunt. Sicut apud nos/maculoſa imaginē non reddunt. Debent itaq̧ hæ nubes/quæ hoc præſtant/denſæ eſſe/ leues/ſplendidæ/planæ/materiæq̧ ſolidæ. Ob hoc omnia quæ huiuſmodi ſunt ſimulacra/candida ſunt/& ſimilia lunaribus circulis: quia ex repercuſſo oblique accepto ſole reſplendent.

Qualiter nubes Parahelii debet eſſe diſpoſita.

¶ Nam ſi nubes infra ſolem fuerit/& propior: ab eo diſſipatur. Longe autem poſita/radios no remittit/nec imaginem efficit. Nam & apud nos quoq̧ ſpecula/cum procul a nobis abducta ſunt/faciē non reddunt: quia acies noſtra nō habet vſq̧ ad nos recurſum.

Vbi conſiſtere debet

Indicat pluuias.

¶ Pluuiarum autẽ & hi ſoles(Vtar enim hiſtorica lingua) indicia ſunt: Vtiq̃ ſi a parte Auſtri conſtiterint/inde maxime nubes ingraueſcunt. Et tantũ de impreſſionibus Meteorologicis.

Quare de Mineralibus hæc agitur.

¶ Sed quare hic de Mineralibus determinat philoſophus? Quia & ſi in ſublimi non fiunt/ideo meteora non ſunt. Fiunt tamẽ ex eadẽ materia. ex qua fiunt & impreſſiones meteorologicæ. ¶ Exactam autẽ hic de ipſis determinationẽ nõ facit Ariſtoteles: quãdoquidem peculiariter de eis ſcripſerit in libris Mineralium. qui ad nos nondũ peruenere. Verũtamen in quarto libro multa pertractat/quæ ad eorũ cognitionem haud mediocriter cõducunt. De eiſdem plurima reperiuntur Apud Pliniũ li. xxxiii. & . xxxiiii. Apud Iſidorũ li. xiiii: & apud Vincentium in ſpeculo naturali li. viii. Sed quæ textus ſunt/explicare magis operæprecium eſſe videtur: quando hæc breue in compendium redigi non poſſint.

Quatuor ſpecies Mineralium.

¶ Corpora mineralia(vt docet philoſophus quarto Meteororum) in quatuor ſpecies diuidunt: In lapides/metalla/ſulphura & ſales. Sales quidẽ debilis cõpoſitionis/atq̃ raræ ſubſtãtiæ: Sulphura vnctuoſæ materiæ Metalla humoris cõgelati atq̃ vnctuoſi: Ideo liquabilia ſunt & ductibilia. Lapides vero/& ſi humore cõcreſcunt: tamẽ multam admixtam habent ſiccam terreſtreitatẽ. abſq; vnctuoſitate: Ideo nec ducunt/nec liqueſcunt.

Liq̃bilia.

¶ Etenim liquabilia ſunt. quæ coagulata/ſoluto humore/diffluere in liquorem poſſunt.

Ductilia:

¶ Ductilia/quæcũq̃ eadem percuſſione/ſimul & in latus/& in ꝓfundũ/ſecũdũ ſuperficiem. & ſecundũ partẽ tranſferri poſſunt.

Viſcoſa

¶ Viſcoſa quæ ad multũ extẽdi poſſunt. & bene conuenire.

Trahibilia.

¶ Trahibilia/& humida & mollia ſũt. quorũ partes partibus adhærẽt. parteſq̃ ſequunt velut cathenatæ colligatæq̃. vt bitumen. Non viſcoſa. quæ non habent tenacem humorem/ vt aqua.

Similitudo terræ ad corpa noſtra

¶ De diuerſis in terra humoribus ſic habet Seneca libro. iii. Placet (inquit) natura regi terram: & quidem ad corporũ noſtrorũ exemplar. In quibus venæ ſunt/& arteriæ: illæ ſanguinis/hæ ſpiritus/receptacula. In terra quoq̃ ſunt: alia itinera per quæ aqua: alia / per quæ ſpiritus currit. Adeoq̃ ad ſimilitudinẽ illam humanorũ corporum natura formauit. vt maiores quoq̃ noſtri. aq̃rũ appellauere iter venas

Diuerſi hũores in corpibus noſtris

¶ Sed quẽadmodũ in nobis nõ tantũ ſanguis eſt. ſed multa genera humoris. alia neceſſarii/alia corrupti/ac paulo pinguioris: in capite cerebrũ/in oſſibus medullæ/muſculi/ſaliuæq̃ ac lachrymæ/& qddã additũ articulis/ꝑ quod citius flectant ex lubrico.

Diuerſi quoq̃ hũores in terra

¶ Sic i terra quoq̃ ſunt humoris genera cõplura: Quædã quæ mature durent. Hinc eſt

omnis metallorum humor. ex quibus aurum & argentum petit aua
ricia: Et quæ in lapidem ex liquore vertunẽ. In quibuſdã locis terra
humorq; liqueſcit/ſicut bitumen/& cætera huic ſimilia. ¶ Idem li.
v. Ante Philippum (inquit) Macedonẽ/ reges fuere: qui pecuniam
in altiſſimis vſq; latebris ſequerenẽ. & recto ſpiritu liberoq;/in illos
ſe demitterent ſpecus. in quos nullum noctium dierũq; poſſit perue
nire diſcrimen. ¶ At quomõ quærenda/effodiendaq; ſint metalla
atq; gemmæ: & quomodo generenẽ ac diuerſificenẽ/elegantiſſime
docet Plinius a li. xxxiii. ad finem vſq; operis.

¶ Q; aurum (vt textus dicit) non ignitur. Atteſtatur & Plinius li. — Quare au-
xxxiii. Cap. iir. Præcipuam (inquit) Auro fuiſſe gratiam/ arbitror: — rũ eſt pre-
non in colore. q in argento eſt clarior/magiſq; diei ſimilis: Nec pon — cioſiſſimũ
dere. nec facilitate materiæ prælatũ eſt cæteris. cum cedit plumbo p — metallorũ
vtrũq;. ¶ Sed quia rerũ vni nihil deperit igne. Tuto etiã in incẽdiis — Ex Pli.
rogiſq; durãte materia. Quinimmo/quo ſæpius arſerit/ ad bonitatẽ — Prima
proficit auriq; experimento ignis eſt. vt ſimili colore rubeat ignis.
Atq; ipſum obryzum vocant. Primũ autem bonitatis argumentum
eſt/quãdifficillime accendi. ¶ Altera vero cauſa precii maior eſt. ꝙ — Secunda
minime ipſum vſus deterit/cum argento ac ære & plumbo lineæ du
cantur. manuſq; ſordeſcant decidua materia. ¶ Nec aliud quidem — Tertia
Auro laxius vel latius dilatatur/aut numeroſius diuidiẽ. ¶ Et quod — Quarta
ſuper omnia. ſolum in maſſa auramento capitur. cũq; cætera in me-
tallis reperta/igni perficiuntur: hoc ſtatim aurum eſt. conſummatãq;
materiam protinus habet/cum inuenitur: Itaq; ſuper cætera/ non ru-
bigo vlla/non erugo/non aliud eſt ex ipſo. quod eius bonitatem cõ
ſumat/pondusve minuat. ¶ Superq; omnia/netur/ & texitur lanæ — Quinta.
modo. & ſine lana. Tunica aurea triumphaſſe Tarquiniũ Priſcum
Verrius tradit. Et nos (inquit) vidimus Agrippinã Claudii principis
ædente eo naualis prelii ſpectaculum/aſſidentem ei/indutam palu-
damento/ auro textili ſine alia materie.

Finis Cõmentarii in librum Tertium.
Sequitur Corollarium Morale:
cõtra Opes/ pro Sapiẽtia.

¶ Sed hæc mirant̄ deſerta vulgi ingenia: Sardanapali/ nō Socratis ſimilia. Quibus animi vigor feculento corpori immerſus/ nil niſi terrenum & ſapit & amat. Teſte Luc.li.iii.

Lucanus

Vſq; adeo ſolus ferrum mortem q; timere
Auri neſcit amor. pereunt diſcrimine nullo
Amiſſæ leges. ſed pars viliſſima rerum
Certamen mouiſtis opes.

Pli. contra auariciam

¶ Et Pli.li.xxxiii.Cap.j.Imus (inquit) in viſcera terræ/ & in ſede maniū opes quærimus: tāquā parū benigna fertiliq;/ qua fecet. Inter hæc minimū remediorū gratia ſcrutamur: Cui enim fodiendi cauſa medicina eſt? Quāq; & hæc/ ſumma ſui parte tribuit. vt minime parca. faciliſq; in omnibus/ quæ ꝓſunt. Illa nos premunt. illa nos ad inferos agunt: quæ occultauit/ atq; demerſit Quā innocens/ quā beata/ immovero & delicata eſſe vita. ſi nihil aliud de ea. niſi quod ſupra terras/ concupiſceret: haberetq;/ non niſi quod ſecum eſt?

Chryſocolla hūor q̄ ꝑ auri venas fluit & induratur.

¶ Eruitur quidem aurū. & Chryſocolla iuxta. vt precioſior videatur/ nomen ex auro cuſtodiens. Parū enim erat naturæ. vnā inueniſſe vitæ peſtem: niſi in precio etiam eſſet ſanies auri Quærebat argentum auaricia. boni conſuluit interim. inueniſſe minium: rubentiſq; terræ excogitauit vſum. Heu prodigioſa ingenia. quot modis auximus precia rerum? Acceſſit ars picturæ. & aurū argentūq;/ celando/ carius fecimus. Didicit homo naturam ꝓuocare.

Aurū e vita pellēdū.

¶ Vtinam poſſit e vita in totum abdicari aurum/ ſacra fames/ vt celeberrimi Authores dixere: proſciſſum conuiciis ab optimis quibuſq; & ad perniciem vitæ repertū. Quantum fœliciore æuo. cū res ipſæ permutabantur inter ſe? ſicut & Troianis temporibus factitatum/ Homero credi conuenit. Ex qua cōſuetudine mulcta legū antiquarū pecore conſtat etiam Romæ. Peſſimū vitæ ſcelus fecit. qui annulū primus induit digitis.

Ouidius de ætate ferrea

¶ Sic Oui. quoq; .j. Metamor. Auri vſum/ non aureæ/ ſed ferreæ aſcribit ætati.

Nec tantum ſegetes/ alimentaq; debita diues
Poſcebatur humus: ſed itum eſt in viſcera terræ.
Quaſq; recondiderat/ ſtygiiſq; admouerat vmbris:
Effodiuntur opes/ irritamenta malorum
Iamq; nocens ferrum/ ferroq; nocentius aurum.
Prodierat: prodit bellum/ quod pugnat vtroq;.

Diuitiæ non ſunt bonæ ꝓpter tria. Primo

¶ Sic Boetius li. ii. de conſolatione philoſophiæ. contra diuitias inuehitur. quas ne bonas quidem eſſe iudicat. ¶ Ego vero (inquit) nego illud eſſe bonum quod noceat habenti: Atqui diuitiæ poſſidentibus perſæpe nocuerūt/ Cum peſſimus quiſq; æris alieni magis

auidus/quicquid vſq; auri gemmarumq; eſt/ſe ſolum/qui habeat/ di gniſſimū putet. ¶ Et vox quidem tota/pariter multorū replet auditū Vestræ vero diuitiæ/niſi cōminutæ. in plures tranſire non poſſunt. Quod cum factum eſt. pauperes neceſſe eſt faciant/quos relinquunt O igitur anguſtas inopeſq; diuitias. quas nec habere totas/ pluribus licet: & ad quemlibet ſine cæterorum paupertate non veniunt. *Secundo*

¶ Tu inſuper. qui nunc contum gladiumq; ſollicitus pertimeſcis: ſi vitæ huius callem vacuus viator intraſſes/coram latrone ſecurus can tares. O præclara opum mortalium beatitudo: quam cum adeptus fueris. ſecurus eſſe deſiſtis. Improperat itaq; Auri ſacræ fami. Idem Author tali carmine. *Tertio*

Sed ſæuior ignibus Aetnæ
Feruens amor ardet habendi.
Heu primus quis fuit ille:
Auri qui pondera tecti/
Gemmaſq; latere volentes/
Precioſa picula fodit *Perſius* ¶ O curas hominū. O quātū i rebus inane eſt! *Boetius/ cōtra ſtulti ciā homi num*

¶ Ita ne autem nullum eſt proprium vobis atq; inſitum bonum vt in externis ac ſepoſitis rebus/bona veſtra quæratis? Sic rerum verſa conditio eſt: vt diuinum merito rationis animal. nō aliter ſibi ſplen dere. niſi inanimatæ ſupellectilis poſſeſſione videatꝰ? Et alia quidē ſuis contenta ſunt. Vos autem (deo mente ſimiles) ab rebus infimis excellentis naturæ ornamenta captatis. ¶ Nec intelligitis. quantam creatori veſtro faciatis iniuriā. Ille genus humanū terrenis omnibus præſtare voluit: Vos dignitatē veſtrā infra infima quæq; detruditis Nam ſi omne/quod cuiuſq; bonum/ ideo cuius eſt/conſtat eſſe pre cioſius: Cum viliſſima rerū veſtra bona eſſe iudicatis/eiſdē voſmet ipſos veſtra exiſtimatione ſubmittitis/ ¶ Quod quidē haud imerito cadit. Humanæ quippe naturæ iſta conditio eſt: vt tum tantū cæteris rebus/cum ſe cognoſcit/excellat. Eadem tamen infra beſtias redigaꝰ ſi ſe noſſe deſierit. Nam cæteris animantibus/ ſeſe ignorare/ natura eſt: hominibus autem vicio venit. Hæc diuus ille Boetius. *Homo in iurius crea tori* *Hō debet noſcere ſe ipſum*

¶ Sic Seneca/epiſtola. lxxxviii. Diuitias (quas imperitum vulgus ſolas ſua appellat exiſtimatq; bona) nō modo bonas/ſed etiā malas eſſe oſtendit. Bonū (inquit) ex malo non fit. Diuitiæ fiūt ex malo: fiunt enim ex auaricia. Ex ſactilegio item & furto pecunia naſcitur Ergo nō ſunt bonæ. ¶ Et Poſſidonius ait/Diuitias eſſe cauſam ma lorum: non q; ipſæ faciunt aliquid/ſed quia facturos irritāt. Inflant animos/ſuperbiam pariunt/Inuidiam contrahunt/& vſq; eo mentē *Diuitiæ ſunt malæ* *Seneca* *Poſſido nius*

Cicero

alienant: vt fama pecuniæ nos etiam nocitura delectet. Nec irritant tantũ animos, ſed attrahunt etiam: Speciem enim oſtendunt boni veriſimilẽ, & plærisq; credibilem. ¶ Sic Cicero in primo Paradoxo iuramẽto etiam aſſerit, hæc fortunæ ludibria, bona nõ eſſe. Nũquã me Hercule, neq; opes, neq; imperia, neq; eas (quibus maxime aſtricti ſunt) voluptates: in bonis rebus numerandas duxi. Neq; enim vnq̃;

Diuitiæ ſolũ noie ſũt bonæ.

expletur neq; ſatiatur cupiditatis ſitis. Neq; ea ſolum, quæ habent, libidine augendi cruciantur: ſed etiam amittendi metu. ¶ In quo equidem, continentiſſimorũ hominũ maiorum noſtrorum ſæpe requiro prudẽtiã: qui hæc imbecillia & cõmutabilia pecuniæ mẽbra ſolo verbo bona putauerunt appellanda. cũ re ac factis longe aliter iudicauiſſent. Poteſt ne bonum cuiquã malo eſſe? aut poteſt quiſq̃; in abundantia bonorũ ipſe eſſe nõ bonus? Atqui iſta omnia talia videmus: vt etiam improbi habeant, & obſint probis.

Oẽs pene ſcriptores cõtra diuitias

¶ Sic Horatius, Iuuenalis, totuſq; & Satyricorũ & Stoicorũ cœtus, fortunæ opes irridẽt. Sic Theologi deniq; & Apoſtoli. Immo vero & ipſa veritas, Saluator noſter Chriſtus, animos noſtros a mundi huius diuitiis tanquã ad beatã vitã ꝑnicioſis, auertere ſatagũt. Quis igitur, qui mentis ſit compos. eas non modo nõ amet. ſed etiam abhorreat: cum illud Euangelii verbũ ꝑpenderit. Facilius eſt Camelũ tranſire per foramen acus, quã diuitem intrare in regnum cœlorũ?

Math. xix
Mar. xi.
Luc. xviii.

Aliud bonũ nob. quærẽdũ

¶ Aliud ergo in vita bonum nobis quærendum eſt: quod animum exornet, atq; cum ipſo perpetuo duret. quandoquidem tam corporis quã fortunæ bona, momentanea ſunt, incertaq; & ad horã labentia. Quæ igit̃ bona nobis potius ſunt quærẽda? quæ nos beatos reddũt? Virtus & ſapientia. ¶ Sic nos docet Cicero in vltimo Paradoxo. Solus ſapiẽs certe (inquit) diues eſt. Quoniã nõ eſtimatione cenſus. verũ victu atq; cultu, terminatur pecuniæ modus. Non eſſe cupidũ, pecunia eſt. Nõ eſſe emacem, vectigal eſt. Contentũ vero ſuis rebus eſſe. maximæ ſũt certiſſimæq; diuitiæ. Etenim, ſi iſti callidi rerũ eſtimatores, prata & areas quaſdã magno eſtimãt: q, ei generi poſſeſſionum, minime quaſi noceri poteſt. ¶ Quãti eſt eſtimãda virtus, quæ nec eripi, nec ſurripi poteſt: neq; naufragio, neq; incẽdio amittitur: nec tempeſtatum, nec temporum permutatione mutat̃. Qua præditi qui ſunt, ſoli ſunt diuites. Soli enim poſſident res, & fructuoſas & ſempiternas. Soliq; (quod eſt proprium diuitiarũ) cõtenti ſunt rebus ſuis. Satis eſſe putant, quod eſt. nihil appetunt, nulla re egent. nihil ſibi deeſſe ſentiunt, nihil requirunt. ¶ Improbi autem & auari (qui incertas atq; in caſu poſitas, poſſeſſiones habent. & plus ſemꝑ appe-

Solus ſapiẽs, diues.

Virtus verum bonũ

Auari nõ vere diuites.

tunt. Nec eorum quiſquā adhuc inuentus eſt/cui/quod haberet/ſatis
eſſet)nō modo nō copioſi. ſed etiā inopes ac paupes eſtimādi ſunt.
¶ Sic in quinto Tuſ. q. virtuti tribuit beatitudinis ſtatum/reiectis — Cicero de
huius ſæculi trāſitoriis bonis. Quo loco(inquit)quæro. quam vim — excellētia
habeat/libra illa Critolai: qui cum in alterā lancem animi bona im — virtutis
ponat. in alteram corporis & externa. tantū propendere illam boni
lancem putat: vt terram & maria deprimat. Quid igitur. aut hunc ꝓ
hibet. aut etiam Xenocratem illum grauiſſimū philoſophorū/exag=
gerantem tantope virtutē. & extenuantē cætera & abiicientem: In
virtute nō beatam modo vitā/ſed etiam beatiſſimā ponere?

¶ Age cōfer Democritū/Pythagorā/Anaxagorā: quæ regna/quæ — Melior
opes/ſtudiis eorū & delectationibus antepones? Etenim quæ pars — opibus ſa=
optima eſt in homine/in ea ſitum eſſe/neceſſe eſt/illud/quod quæris — pientia
omniū optimū. Quid autē in homine ſagaci ac bona mēte melius?
Eius bono fruendū eſt igitur. ſi beati eſſe volumus. Bonū autē mētis
eſt virtus: ergo hac beatam vitam contineri neceſſe eſt.

¶ Sic Apuleius in li. de Deo Socratis/hominē laudari docet nō niſi — Apuleius
a virtute & ſapientia. In hominibus(inquit)contēplandis noli illa — de vera lau
aliena eſtimare: ſed ipſum hominē penitus cōſydera. Aliena autem — de Homi=
voco. quæ parētes pepererūt. & quæ fortuna largita eſt. quorū nihil — nis
laudibus Socratis mei admiſceo: nullam generoſitatem/nullam pro
ſapiam/nullos longos natales/nullas inuidioſas diuitias. Hæc enim
cuncta(vt dixi)aliena ſunt. ¶ Generoſus eſt/parentes laudas. Diues — Bona alie=
eſt/non credo fortunæ. Validus eſt/ægritudine fatigabit. Pernix eſt/ — na
abibit in ſenectutem. formoſus eſt/expecta pauliſpet/& non erit.

¶ At enim bonis artibus doctus & apprime eruditus/&(quātum — Bona pro=
licet homini)ſapiens & boni conſultus: tandem aliquando ipſum — pria
virū laudas. Hoc enim/nec a patre hereditariū eſt. nec a caſu pēdulū.
nec a ſuffragio amminiculū. nec a corpore caducū. nec ab ætate mu=
tabile. Hæc omnia meus Socrates habuit. & omnino cætera habere
contempſit. ¶ Nec aliud te in Vlyxe Homerus docet: qui ſemꝑ ei co — Sapientia
mitem voluit eſſe ſapientiam: quā poetico ritu Mineruā nūcupauit. — comes
Igitur hac eadem comite/omnia horrenda ſubiit/omnia aduerſa ſu — Vlyxi
perauit. ¶ Sic apud Martianū Capellā/a Phœbo laudat Philologia — Philolo=
Mercurio deſponſanda. In hæc verba. — gia ſpōſa

Eſt igitur priſci generis doctiſſima virgo — Mercurii
Conſcia Parnaſo/cui fulgent ſydera cœtu:
Cui nec Tartareos clauſtra occultare receſſus:
Nec Iouis arbitrium/rutilantia fulmina/poſſunt.

Peruigil immodico penetrans arcana labore
Quæ poſſit docta tecum præuertere cura:
Quod ſuperis præſcire datum. Laudaẽ item a Muſis ſingulis/a ma
xima Iunone/ab ipſo etiam Ioue/a tota deniq; cœlitum concione.

Oĩm vita breuis & vana. præterq; ſapiẽtis.

¶ Sic apud Senecã in libro de Breuitate vitæ. Vano labore cũctorũ
vita/vel breuiſſime/abſumitur. Soli omniũ ocioſi ſunt/qui Sapiẽtiæ
vacant/ſoli viuũt. Nec enim ſuã tantũ ætatẽ bene tuenẽ/ omne æuũ
adiiciunt: quicquid annorũ ante illos actum eſt/illis acquiſitum eſt.

Studiũ philoſophiæ dulce & vtile.

¶ Niſi ingratiſſimi ſumus: illi clariſſimi ſacrarũ opinionũ cõdito-
res/nobis nati ſunt/nobis vitã præparauerũt. Ad res pulcerrimas/ ex
tenebris ad lucẽ eruptas/alieno labore deducimur Nullo nobis ſæcu-
lo interdictum eſt/in omnia admittimur. Et ſi magnitudine animi/
egredi humanæ imbecillitatis anguſtias libet: multũ/ per quod ſpa-
ciemur/tpis eſt. ¶ Diſputare cũ Socrate licet/Dubitare cũ Carneade/

Exercitia eius ſtudii

cũ Epicuro quieſcere/ hominis naturã cũ Stoicis vincere/ cũ Cynicis
excedere: Cum rerum natura in cõſortiũ omnis æui patiaẽ incedere:
quidni ab hoc exiguo & caduco tpis tranſitu/in illa nos toto demus
animo/quæ immẽſa/ quæ æterna ſũt/ quæ cũ melioribus cõmunia?

Vera officia philoſophantiũ

¶ Nos in veris officiis morari putamus: q Zenonẽ/ q Pythagoram
quotidie/& Democritũ/cæteroſq; antiſtites bonarũ artiũ/qui Ariſto
telem & Theophraſtum: volunt habere q̃ familiariſſimos. Nemo
horũ nõ vocauit. Nemo nõ venientẽ ad ſe beatiorẽ/ amantioreꝗ; ſui
dimittit: Nemo quẽquã/vacuis a ſe manibus abire patieẽ: Nocte cõ
ueniri & interdiu/ab omnibus mortalibus poſſunt. Horum te mori
nemo coget/oẽs docebũt. Horũ nemo annos tuos cõterit/ſuos tibi cõ

Vtilitas ex lectiõe philoſophorũ

tribuit. Nullius ex iis ſermo/ꝑiculoſus erit. ¶ Trahes ex illis/quicqd
voles. ꝑ illos nõ ſtabit/quominus/plurimũ/quantũ ceperis/ haurias.
Quæ illũ fœlicitas/quã pulcra ſenectus manet: q ſe in horũ clientelã
cõtulit? Habebit/cũ quibus de minimis maximiſq; rebus deliberet:
quos de ſe quotidie cõſulat/a quibus audiat verũ ſine cõtumelia/lau
deẽ ſine adulatione/ad quorũ ſe ſimilitudinẽ effingat. Hi tibi dabũt
ad æternitatẽ iter: & te in illũ locũ/ex quo nemo eiiciet/ ſubleuabũt.
Hæc vna ratio eſt/extendendæ mortalitatis/immo in immortalitatẽ
vertendi honores & monumenta. Quicquid aut decretis ambitio
iuſſit/aut operibus extruxit: cito ſubruitur. nihil non longa demoliẽ

Opera ſapientiæ ꝑpetua.

vetuſtas/& mouet ocyus. ¶ Quod conſecrauit ſapientia/nocere nõ
poteſt/nulla delebit ætas. & nulla diminuet ſequẽs: ac deinde ſemꝑ
vlterior aliquid ad venerationẽ confert. Sapientis ergo multũ patet
via: non idem illum/qui cæteros/terminus claudit. Solis generis hu-

mani legibus ſoluitur. ¶ Omnia illi ſæcula/ vt deo/ ſeruiunt. Tran ſiuit tempus aliquod. hoc recordatione cōprehendit. Inſtat/ hoc vtit̄ Venturum eſt/hoc percipit. Longam illi vitam facit/omniū temporū in vnum collocatio. ¶ Hinc cupiditatum genera apud Ciceronem diuidit Epicurus. non nimis fortaſſe ſubtiliter/ vtiliter tamen. Ait enim corpus gaudere tamdiu. dum præſentem ſentiat voluptatem. Animum vero. & preſentem percipere pariter cum corpore. & pro ſpicere venientē. nec præteritam præterfluere ſinere. Ita ꝑpetuas & contextas voluptates/in ſapiente fore ſemper: cum expectationi ſpe ratarum voluptatum: præceptarum memoria iungatur. ¶ Non ſine cauſa igitur (inquit Cicero) Epicurus auſus eſt dicere/ ſemper in plu ribus bonis eſſe Sapientē: Quia ſemper ſit in voluptatibus. Ex quo effici putat ille/quod quærimus/vt ſapiens ſemper beatus ſit.

Lōga vita ſapientis

Diuturni or volup tas animi q̄; corporis

Sapiēs ſꝑ beatus.

¶ Demus ergo nos philoſophiæ excolēdos patiamurq; nos ſanari Animi enim perturbationibus inſidentibus. nō modo beati/ ſed ne ſani quidem eſſe poſſumus. ¶ Aut igitur negemus. quicq̄; ratione confici: cum cōtra/nihil ſine ratione/recte fieri poſſit. Aut/cum phi loſophia ex rationum collatione conſtet. ab ea: ſi & boni & beati eſſe volumus: omnia adiumēta & auxilia petamus bene beateq; vi uendi. ¶ Etenim deorum immortaliū (inquit Seneca Epiſtola. xc) munus eſt ꝙ viuimus: Philoſophiæ autem/ ꝙ bene viuimus. Itaq; tanto plus nos debere huic quā diis: quanto maius eſt beneficium/ bona vita/ quā vita: pro certo haberet. Niſi ipſam dii philoſophiā tribuiſſent: Cuius ſcientiam nulli dederunt/facultatem omnibus.

Bona vita beneficiū philoſo phiæ

¶ Huius opus vnum eſt: De diuinis humaniſq; verum inuenire. Ab hac nunquā recedit iuſtitia/pietas/religio/& omnis alius comitatus virtutum/conſertatum/& inter ſe cohærentium. Hæc docuit colere diuina: humana diligere. Et penes deos imperium eſſe: & inter ho mines conſortium. Quod aliquando inuiolatum manſit: antequā ſocietatem auaricia diſtraxit. & paupertatis cauſa (etiam iis. quos fecit locupletiſſimos) fuit. Non manus edocet. animorum magiſtra eſt. Non eſt inſtrumentorum aduerſus neceſſarios opifex. Quid illi tam paruula aſſignas? ¶ Artificem vides vitæ. Quæ ſint mala/quæ videantur/oſtendit: vanitatem exuit: mentibus dat magnitudinē ſo lidam/inflatum vero reprimit/nec ignorari ſinit: inter magna quid interſit & tumida. Alias quidem artes ſub dominio habet: Nam cū vita/illi vitæ quoq; ornamenta ſeruiunt. Cæterum ad beatum ſtatū tendit. illo ducit. illo vias aperit.

Opus phi loſophiæ.

Philoſo phia arti fex vitæ.

dulce ociū litterariū

¶ Quid eſt enim dulcius ocio litterato? His dico litteris. quibus infinitatē rerū atq; naturæ. & in hoc ipſo mūdo/cœlum/terras/maria cognoſcimus. Maximo igit̄ gaudio affici/neceſſe eſt Sapientis animum.cū his habitantē pnoctantēq; curis. ¶ Quocirca Ariſtoteles x. Ethi. ꝓpriā fœlicitatē/perfectāq; beatitudinē hominis. ponit in contemplatiua operatiōe mētis. Ea enim præſtabiliſſima eſt & maxime diuina/magiſq; cōtinua/& electabiliſſima itē ſufficiētiſſimaq; ac ꝓpter ſe ipſam inprimis. Et quæ ſuperat hominis naturam. Non enim hoc ipſo/quo homo eſt/ita viuet: ſed quo eſt qd in ipſo diuinū Qui igitur mente operat̄/& eam colit: diſponitur optime. is & amiciſſimus diis immortalibus eſt/& proinde fœliciſſimus.

Perfecta fœlicitas in cōtemplatione

¶ Ad iuuentutem Concluſio Sapphica.

Ergo Naturæ legito Iuuentus
Sacra. Nam fœlix (Maro clamat) ille:
Noſſe qui cauſas potuit latentes/
Pectore docto.

Cogita: quam ſit tibi nunc ſtudendi
Floridum tempus/vegetiq; ſenſus.
Integrum corpus/ Geniuſq; dexter
Mnemoſyneq;.

Dum licet/quæſo/ſape: dum ſolutus
Omnibus curis animus/nec vlla
Labe pollutus/penetrare poſſit
Abdita rerum

Ne Phrygum ritu ſapias: iuuentæ
Flore tranſacto. populante ſenſus
Corporiſq; artus ſenio. dolore/
Conficiente.

¶ Explicit Meteorologia Ariſtotelis: quā Stapulenſis Paraphraſi extricauit. Coclæus cōmētario declarauit. Impreſſa Norinbergæ. In officina Friderici Peypuſſ. Anno ſalutis. M.ccccc.xii. Tertio Idus. Nouembris.

Sequit̄ Tabula Alphabetica in vniuerſam Meteorum materiam.

INDEX METEORORVM

A

Aer pars mundi neceſſaria Folio. vii
Aer cœlũ terrãq; cõnectit medius vii
Aer in tres regiones diuidit̃ viii
Aeris ſuprema regio nubes nõ h;. viii
Aeris natura: vis & velocitas ix
Aeris inferior regio tepida ꝑpter quatuor cauſas Folio. ix
Aeris media regio frigida ꝑpter qnq; cauſas ix. &.x
Aer quo ꝓpior eſt terris/hoc craſſior ix
Argumentũ i tres libros meteororũ I
Aſtra motu calefaciunt ſed non calefiunt viii
Aſtra a ſole lumen recipiũt Fol. xxi
Anaxagoras in phyſicis excellẽs xv
Aqueæ impreſſiões in aere qnq; xxxi
Aquas in terra eſſe multas xxxv
Aquæ ſubterraneæ vnde generãt. eo.
Aquarum aliæ ſunt fluentes/aliæ ſtataríæ Fol. xl
Aquarum miracula. xii Folio. li.
Aegyptii/Aſtrologiæ periti xvi
Aegypti tranſmutationes xxxvii
Aegyptus regio vetuſtiſſima xxxviii
Aegypti vrbes clariſſimæ xxxviii
Alexandria maximum totius orbis emporium. xxxviii
Auræ lenes venti lix
Aqlonis & Auſtri ſex ꝓblemata lxvi
Attoniti qui dicunt̃ lxxvi
Aurum inter metalla precioſiſſimum/propter quinq; Folio. xci
Aurum e vita pellendum eodẽ

B

Boryſtenes ex Septẽtrione longiſſime in Pontum decurrit. Folio. xlvii
Boreas vẽtus ſeptẽtriõalis ſerenus lxvi

C

Cœlũ mũdo inferiori attiguũ Fo. v
Cœlum agit in hæc inferiora triplici inſtrumento fo. vi
Calor cœleſtis efficaciſſima q̃litas vi
Cœlũ viſum ſubito ardere xi. & xii.
Canis imago cœleſtis xiiii
Cometa non eſt plures planetæ ſimul/nec vnus tantũ/nec eſt ſtella xiiii
Cometæ vera generatio Fo. xvii
Cometes triplex xvii. &. xviii
Cometa calidæ & ſiccæ naturæ. xvii
Cometarum varius color xviii
Cometarũ motus & duratio xviii
Cometæ portendũt octo mala xviii
Cometarũ ſignificatio xix
Cometã nõ eſſe incendium/ſed verum ſydus. Sen. xix
Caucaſus mõs Aſiæ maximus xxxiii
Cataclyſmus ſub Deucaliõe xxxvii
Caſpiũ mare maximæ & plurima recipit in ſe flumina xlvi
Caſpiũ occulte deriuari i Pontũ eodẽ
Caſpii a Ponto diſtãtia eodem
Caſpiũ an ſinus ſit necne xlvii
Cæcias vẽtus trahit ad ſe nubes lxvii
Cuneus tonitrui/lapis ex nube. lxxvi
Corona/imago cœleſtis ex multis ſtellis Folio. lxxxiii
Cadmia quid eſt lxxxviii
Chryſocola quid eodem

D

Democritus/inſignis philoſophus/Quinquercio Folio. xv
Diluuium duplex/vniuerſale & particulare xxxviii
Dubia quinq; de maris creſcẽtia in hyeme. Fo. xlvi
Danubius in Germania oritur/lx. amnibus receptis i Pontũ emittit xlvii
Diuitiæ bonæ nõ ſũt ꝑpter tres cãs xcii

T

Diuitiæ ſunt malæ xcii
Diuitiæ dicunt̃ bonæ ſolũ noĩe. eodẽ
Diuites nõ vere: auari eodem

E

Elemẽtorũ ꝓportio adinuicẽ Fo. v.
Euphrates in terrã deperdit̃ xlvii
Empedocles carmine philoſophatus eſt. folio liii
Eteſiæ vẽti flant poſt tropicũ cãcri lvii
Eteſiæ hyeme non ſunt lix
Ecnephias vẽtus procelloſus lxxvii
Ecnephias differt a Typhone eodẽ
Ecnephiæ quomodo fiũt lxxviii

F

Frigiditas in vertice montis maior quã in valle xxix
Fõtiũ & fluuiorũ vera generatõ xxxii
Fluuios ex mari habere ortũ xxxiiii
Fontes fluuiorũ ex imbribus eſſe eodẽ
Fluuios ex ſtagnis ſubterrãeis oriri. eo
Fluuios oriri ex aere ĩ aquã verſo xxxv
Fõtes meliores ex mõtibus naſcũt̃ eo.
Fontiũ in bonitate probatio. eodẽ
Fluuii ꝑpetui in locis aquæ gignendæ aptis folio xxxvii
Fontes & flumina ex terra participant varios ſapores colores & naturas li.
Flumina non ſunt ſalſa ꝓpter tres rationes liii
Fontium varia miracula liiii
Fluminũ quoq; multa mirabilia eo.
Flatus ventorum duplex Actiuus & Paſſiuus lviii
Fauonius iucũdiſſimus ventorũ lxvi
Fauonius non mane ſed poſt meridiẽ ſpirat lxvii
Fulmẽ exhalatio ardens eiaculata e nubibus lxxv
Fulguratio fit poſt Tonitruũ eodẽ
Fulminũ duæ ſpecies in textu lxxvii
Fulminũ miracula.xiii. lxxviii
Fulminũ tria genera, ex Sen. lxxix
Fulmen tribus modis vrit eodẽ
Fulminis mirabiles effectus eodẽ
Fulmini vis ineſt peſtifera eodẽ
Fulmina portendũt futura eodẽ
Fulmẽ ĩ venenatis venenũ cõſumit eo.
Fœlicitas in cõtẽplatiõe mẽtis xciiii

G

Galacia duplex cœleſtis & elẽtaris. xx
Galacia nõ eſt via a ſolis curru exulta, nec lumen propriũ aſtrorũ, nec ſolis refractio eodem
Galaciæ vera generatio xxi
Galaciæ multæ opiniones xxii
Grando quo tempore frequentius generatur xxx
Grando & Granula differunt xxxi
Grandinis quinq; accidentia eodẽ
Grãdinis accidẽtia alia adhuc.ix eodẽ
Grandinis generatio xxxii

H

Hiatus cœli, quõ generat̃ xiii
Herculeæ colũnæ circa Gades xlii
Hyrcanũ mare, an creſcat. xlvi
Hiſter maximus fluuius Europæ xlvii
Halitus terræ duplex. Exhalatio & Vapor. fo. x
Horizon circulus ĩ cœlo xvi. & .lxiii
Helleſpontus mare ſtrictũ lxix
Hemiſphæria terræ duo lxii
Halon & Halos, idem re, Inflexione vocis differunt lxxx
Halonis tria accidentia eodẽ
Halon quid eſt eodẽ
Halonis q̃rtũ accidẽs, ex colore lxxxi
Halonis generatio. ex Sen. eodẽ
Halon cõſiſtit ĩ media regiõe aeris eo.

Halon fit aere tranquillo eodem
Halon tria indicat differēter, pluuiam, ſerenitatem & vētū eodem
Halon circulus eſt: propter duas rationes. lxxxii
Halō ſæpius fit ſub luna quā ſole eo.
Humores diuerſi in corpe hois xc
Humores diuerſi in terra eodem
Homo ex auaricia ſtultus & iniurius creatori ſuo xcii
Homo debet noſcere ſeipſum eodē

I

Impreſſiones Meteorologicæ quadruplices. folio iiii
Impreſſiones fiūt ſecundū naturam inordinatiorem ꝑpter tria eodē
Ignis elementaris pſpicuus, purior aere minus calidus igne noſtro ix
Impreſſiones ignitæ figura differunt ac quātitate materiæ x. & xi
Impreſſionū ignitarū triplex cauſa xi
Ignis fatuus xi
Impreſſionesaqueæ in aere qnꝗ xxxi
Inundationes aquarū in Aegypto & Hellade xxxvi
Iſter ingens per totam pene Europam, In Euxinum effluit xlvii
Inſulæ multis modis naſcunt lxxii
Iridis quattuor accidentia lxxxiii
Iridis generatio eodē
Iridis & Halonis q̄tuor differētiæ eo.
Iris quare apparet tricolor lxxxiiii
Irides duæ ſimul contrarios in ſitu colores habent eodē
Iris quid eſt lxxxv
Iris fit in guttis pluuialibus eodē
Iris celeriter generatur eodē
Iridis qnꝗ ꝓprietates. in textu. eodē
Iris quare rotūda. Albertus. eodem
Iris ſemicirculo nō apparet maior eo.
Irides quando fiunt lxxxviii
Iridis ſignificatio eodē

L

Lac, lacteus circus, & Galaxia idē xx
Lacus Aſphaltites in paleſtina liiii
Ladanum quid eſt xxviii
Lingones, Galliæ populi liiii
Lacuum miracula lv
Luna cū ſole in aquas vim habet maiorem quā aliæ ſtellæ xli
Laus vera hominis xciii

M

Meteorologia quid eſt iiii
Mundus inferior ſupiori cōtiguus v
Mediū inter cœlū & terrā v. & vii.
Motus calefactiuus eſt, cuius quinq; ſunt experimenta x
Manna quid eſt xxvii
Mel quid eſt xxviii.
Mutatiōis terræ & maris cauſa xxxvii
Memphis vrbs Aegypti xxxviii
Mycenea regio Peloponneſi eodē
Mare fluit ꝑpter duas cauſas. xl
Maris æſtus triplex, Diurnus, mēſtruus & annuus eodē
Maris æſtus triplicē habet cauſam eo.
Maris æſtus fortior, ex quinꝗ xli
Maris æſtus cauſa ex Strabone. eodē
Maris æſtus cauſa ex Appollonio lv
Maris purgatio xli
Mare fluit rripliciter, ſecundū naturā, cōtra naturā, & præter naturā xlii
Maris locus, ꝓprius locus aquæ elemētaris xliii
Mare non dat fluuiis ortum propter quinꝗ rationes xliiii
Maris creſcentia in hyeme non ſentit, propter tres rationes xlvi

Mare Aegæū nō facile inūdat xlviii.
Maris aquæ/cæteris calidiores fo. l.
Maris aquæ cæteris groſſiores eodē
Miracula aquarū.xii.ex Ouidio. li
Mare quid eſt lii
Mare nō eſt elementū eodem
Mare ſecundū totū ſemp erit eodem
Mare glaciale ſub polis eodem
Mare non eſt ſudor terræ liii
Mare quomō fit ſalſum eodem
Mare mortuū nihil viuū habet liiii
Motus terræ/multæ opiniones lxxvii
Minium quid eſt lxxxviii
Mineralia intra terram ex vapore generantur & exhalatione lxxxix
Metalla ex vapore cōgelato fiūt eodē
Mineralia quare hic memoranē xc
Mineralium quatuor ſpecies eodē

N

Nubes & caligo differunt xxiiii
Niuis generatio xxviii
Niuis quattuor proprietates xxix
Niuis ꝑprietates adhuc aliæ xiiii eo.
Nix reponiē in æſtatem eodē
Nilus fluuius Aegypti xxxviii
Nili auctus/varius eodē
Nili curſus p occultos meatus xlvi
Nilus fluuiorū noſtri maris ideſt mediterranei/omniū eſt maximus. xlviii
Nili oſtia. xi:celebriora.vii. eodē
Notus ventus a meridie pluuius lxvi
Nubes nō eſſe ſpecula in qbus imago ſolis appareat/quando fit Iris. Sen. folio lxxxv

O

Orion imago cœleſtis xiiii
Oceani maior eſt æſtus quam alterius maris xli
Oceani duplex ambitus xliiii
Oceanus mare magnum lii
Oceani ſinus multi eodē
Oceanus fluminibus nō augeē liii
Ornithiæ venti/poſt hyemales verſiones ab Antarctico lvii
Oriens triplex/Aeſtiualis/Hyemalis& Aequinoctialis lxiii
Occidens quoq; triplex eodē
Ocium litterarium/dulce xciiii.

P

Philoſophiæ laudes folio: ii
Philoſophiæ naturalis octo libri iii
Philoſophorū duo genera xv
Philoſophiæ ſtudiū dulce&vtile xciii
Philoſophantiū vera officia eodē
Philoſophorū lectio vtilis eodē
Phantaſmata lumie colorāē xii & xiii
Phantaſmatū varii colores xiii
Planetæ ſeptē/erraticæ ſtellæ xv
Phaetontis fabula xxi
Pluuiæ generatio ex nubibus xxiiii
Pluuiæ &nubis circularis generatio. folio xxiiii
Pluuiæ futuræ.xxi.ſigna.ex Virg. eo.
Pluuia differt a nimbo & imbre xxv
Pluuiarū quadruplex cauſa eodem
Pluuiarū.xii.ꝑprietates xxvi
Pluuiæ futuræ ſigna adhuc alia ſeptē. folio eodē
Pruinæ generatio eodem
Pruinæ & roris tres differētiæ xxvii
Pruinæ &roris duæ cōuenientiæ eodē
Pruinæ tres ꝑprietates xxviii
Putei a fontibus differunt xxxv
Phaſis Colchidis fluuius maximus folio xlvii
Ponti Euxini deſcriptio xlvii
Pontici maris ambitus xlviii

Paleſtina Iudæa in qua lacus Aſphaltites. Folio liiii.
Prodromi venti, ante canis ortũ lx
Præſter, igneus turbo lxxix
Parahelius duplex, Solis & Lunæ. Folio. lxxxviii
Paraheliorum generatio eodem
Paraheliorũ quattuor accidẽtia eodẽ
Parahelius quid eſt lxxxix
Parahelii: imagines ſolis. xc
Paraheliis quales nubes aptæ. eodẽ
Philologia ſponſa Mercurii xciii

Q

Queſtio de frigiditate mediæ regiõis Aeris. x
Queſtio de Cometa an ſit impreſſio vel ſydus xix
Queſtio de frigore montium. xxix
Queſtio de mutatione terræ & maris. Folio xxxvi
Quare nos latẽt hmõi mutatiões eo.
Queſtio de duratione Maris xlix

R

Roris generatio xxvi
Ros quid eſt xxvii
Roris ſex proprietates eodem
Riſus Vulcani. lxxvi
Radius viſualis lxxx

S

Sol motu calefacit, at non calefit viii
Sydus volans, ſtella cadens x. & .xii
Spiritus varie accipitur xxxiii
Signa Zodiaci. xii. xvi
Stellæ fixæ nõ obſcurant quẽadmodũ Luna. Folio. xxi
Sol & ſtellæ non paſcuntur humore. propter quinq; rationes. xliii
Sydera humore paſci, magni dixere philoſophi xliiii
Stagna ſubterranea, magna & piſcoſa Folio. xlv
Superficies triplex, plana cõuexa & cõcaua xlv
Sinus mediterraneus, omniũ maximus Folio xlviii
Salſedinis maris vera generatio .L.
Salſiores ſunt aquæ Auſtrales & Autumnales l. & liiii.
Stagnũ paleſtinæ, mare mortuũ li
Salſus fons in Chaonia.
Salſedo maris fabuloſe ex ſudore terræ aut a Salia Nympha. liii
Salſius mare, quod ſoli ꝓpinquus liii
Spiritus noxii & læthales ĩ terra lxxiii
Speculorum diuerſitas. lxxx
Soles plures, ſimul apparuiſſe xc
Solis Eclypſis quõ depræhendit eo.
Sapiens ſolus vere diues xciii
Sapientia melior opibus eodem
Solius ſapientis vita longa. eodem
Sapientiæ opera ꝑpetua eodem

T

Terra Sole multiſq; aſtris minor vi
Terra omnibus præbet alimentũ vii
Terra nõ eſt nobilior pars mũdi xli
Tellus dicit alma, ab alendo eodem
Thebæ vrbs vetus Aegypti xxxviii
Tropici duo xvi
Theologi veteres, poetæ. xli
Tartarus aquarũ non eſt ꝓpter quinq; rationes xliii
Tigris fluuius terras ſubit xlvii
Tanais flu. aſiæ & Europæ limes. eo.
¶ Terra ſecundũ circulum habitari nõ poteſt lxi
Terræ longitudo aliter a philoſophos, aliter a Geographis aſſignat. lxii
Terre lõgitudo ab oriẽte ĩ occidẽtẽ eo.

Terræ latitudo a meridie i ſeptētrionē. folio. lxii
Terra habitabil' maior nūc q̄; olim eo.
Terræ ambitus, quantus. eodem
Terra ad cœlū, pūcti inſtar eſt eodē
Terra p̄ Aequinoctialē in duo diuidit̄ hemiſphæria, Auſtrale & Boreale eo.
¶ Terræ motus diuerſas facit opiniōes folio. lxviii
Terra multiplices i ſe habet ſpūs lxix
Terræ motus generatio lxix
Terræ motū exhalatiōe gigni. x. ſigna folio lxx
Terræ motus accidentia ſeptē. lxxi
Teeræ motus & vētorū eadē cā eo.
Terra ex alto mouet̄ lxxii
Terræ motus futuri ſigna. eodē
Terra maritima ſæpius mouet̄ eodē
Terræ motus grādes facit mutatiōes e.
Terræ motus haud lōge extēdit̄. lxxiii
Terræ motuū tria genera. eodē
Terræ motū ſequit̄ frequēter peſtilētia folio. eodē
¶ Tonitrus diuerſas facit opiniones. folio. lxxiiii
Tonirrui generatio lxxv
Tonitruorū duo genera lxxvi
Tonitruū ex colliſione nubiū eodē
Tonitruū ex harenarū cōcurſu eodē
Tonitruū magis timēdū, ex tribus eo.
Typhō turbo, vētus vorticoſus lxxvii
Turbo ſimilis eſt aquarū vortici lxxix

V

Voragines aquarū in terra xxxiii
Vitrubius de fontiū p̄batione xxxv
Ventorum generatio. lvi
Vētos exhalatōe gigni, tria ſigna lvii
Vētorū motus a ſurſū eſt principiū eo.
Ventus quid eſt, ſecundū Ariſto. lviii
Ventorum quattuor cauſæ. lviii
Ventus eſt aer fluēs, ſecūdū Sen. eodē
Ventorū multiplex principiū eodē
Vētus eſt athomorū diſſociatio ſecūdū Democritū. lix
Venti ſubterranei ex ſpecubus eodē
Venti antelucani a ſolis ortu eodē
Venti in Aeoliis patriā habēt, ſecundū Poetas lx
Venti ceſſant ex tribus cauſis. lxi
Vētorū poſitō i. xii. pūctis horiz. lxiii
Vēti cōtrarii, ſ;m Diametrū diſtāt lxiiii
Venti cōtrarii nō flant ſimul eodem
Venti ſeptētrionales, ſereni lxiiii
Vētorū nūerus aliter & aliter ſumit̄ lxv
Venti præcipui, quatuor tantū eodē
Venti q̄buſdā regiōibus p̄prii eodē
Ventorum tempus eodē
Ventorū multa cōmoda eodē
Ventorū p̄prietates lxiii. & . lxvi
Venti ſiccant, amplus etiā q̄; ſol lxvii
Ventorum motus obliquus eodē
Vernix quid eſt. lxxxviii
¶ Virgarū generatio eodem
Virgæ funes tentorii Solis lxxxix
Virgæ cauſant̄ dupliciter eodē
Virgæ pictæ ſunt vt arcus. eodē
Virgæ ab arcu & Corona differūt eo.
Virtus verum bonum xcii
Virtutis excellētia ſup̄ bōa tp̄alia. xciii
Voluptas aī q̄; corpis diuturnior. xciiii
Vita bona, beneficiū philoſophiæ eo

X

Xanthus color, flauus lxxxiii
Xāthus nō eſt q̄rtus color Irid. lxxxiiii
Xāthus fit ex iuxtapoſitōe colorū eo.
Xanthus fit in nigerrima nube eodē

Z

Zonæ in terra quinq̄ lxi
Zonæ ex habitu caloris differūt lxi
Zonæ. v. vt i cœlo: ita & in terra lxii

Errata in tranſcurſu notata.

Nauralis:pro naturalis In epl'a Fo.j
uitori:ꝑ nitori. Ibidem
deinde:ꝑ proinde.In cōmētario. fo.v
ſummunt:ꝑ ſumunt.In tex. fo.xi
quāquā:pro quantā.In fine tex.fo.xv.
pbulum:ꝑ pabulū.In cōmē. fo.xx
inendi:pro incendi.Ibidem
Impreſſiones nō ſemper: ꝑ impreſſio-
nis·In Notis
Dulcibus in pratis:pro dulcibus in ſta-
gnis.In verſibus tex. fo.xxv.
rtget:ꝑ riget.In cōmen. fo.xxix
ſoo:pro ſono.In verſu tex. fo.xxxi.
In Heluetia:ꝑ Rhetia.In cō. xxxiiii
Iſto:pro Iſtro.Ibidem
Qoare ergo terra fiat ex aquis: pro
Quare ergo ne terra fiat ex aquis
In cōmen. fo.xxxv
Sub terra labenses:pro labentes. Ibidē
Phoaidis:ꝑ Phocidis. In cō.xxxvi
Hyrcanciū:ꝑ Hyrcanicū.In textu xl
paucis perſtingere:pro perſtringere. In
cōmen. fo. xli
Sicut de aliis alimentis: pro elementis.
In tex. xlii
Veſunio:pro Veſuuio.In cōmē. xlvi
Subtereanei:ꝑ Subterranei. In cōmen
tario. folio xlix
tanſiens:pro tranſiens.In com. fol.l.
Ioduro:pro induro.In verſu fo.lxvi

¶ Explanatio ſubobſcuriorū verſuum.

¶Folio.j.Infimæ vtraſq; vices. Nam infima aeris regio & caloris & frigoris vices habet:vt æſtate & hyeme.

¶Fo.j.Lunæq; ſeq̄ces æſtus. Sequunt̄ eni motū lunæ/maris fluxus & refluxus.

¶Fo.ix.Flāmarū cōſueta vagos inuol uere tortus. Suprema enim regio aeris circulariter mouet̄ cū igne & Aethere. Tortus ergo flammarū·i. Gyros ignis Aetherei.

¶Fo.x.Cū Balearica plūbū fūda iacit Baleares duæ inſulæ Hiſpaniæ/ funda bellicoſæ: In quibus funda inuēta eſt.

¶Fo.xii. Lychni laquearibus aureis. Lychnus lucerna penſilis/ quæ lampas quoq; dicit̄: cuius funiculus incenſus/ ellychniū dicit̄ At laquear dicit̄camera hoc eſt/ſup̄ior pars cubiculi & cenationis/parū conuexa/quæ variis adornari ſolet coloribus. Eſt ergo ſenſus Nūc iaculi in morē.i.ſicut lancea. Nūc quales lychni.i.ſicut candelæ ardentes.

¶Fo.xxv.male temperat vnda.i. fluctus nō bene abſtinet/q̄n naues quatiat Mergi aues aquaticæ a mergēdo dictæ Fulicæ/aues marinæ vl' ſtagnēſes paulo ſupra magnitudinē colūbæ/a furuo.i. nigro/dictæ: Anatibus paulo (vt ait Seruius) minores/ſed corp̄is forma conſiles. ¶ Nūq̄; imprudētibus imber obfuit. Quia tot ſunt ſigna imbris futuri vt vel imprudentes præſentire poſſint. Aut ſic itellige. imprudētibus.i. valde prudētibus. ¶ Et bibit ingēs arcus. Iris cum euaneſcit/a vulgo magnū aquarū hauſtū facere putat̄. Et quæ Aſia circū. Aſia prima correpta:regio eſt & tertia pars terræ habitabilis. At prima ꝓducta/ eſt nomen paludis in Myſia circa Cayſtrum fluuium.

¶Incaſſum: quia aquarū cōpoſitio/ aquā minime admittit ad corpus.

¶Putres cōcreſcere fūgos. Quia q̄ndo

aer humidus eſſe cepit/ fauilla quæ fu-mo ſolet egredi/ ꝓhibita aeris craſſita-te in lucernis reſidet & quaſdam velut fungorũ imitatur imagines.

¶ Fo.xxxv. Si Rhenum Rhodanũq;. Rhenus quidẽ in Heluetia ex Alpibus naſcitur. fluens Septẽtrionem verſus in Oceanum Britannicum.

¶ Rhodanus/ nõ longe ex eiſdẽ Alpibus orit̃ ſed in mare Thyrrenũ Auſtrũ verſus emittit.

¶ Garũna ex Pyreneo in Oceanũ ex-currit/ tribus amplificatis amnibus. Narbonenſem Galliam ab Aquitania diſterminans. ¶ Hebrus ex Rhodope fluuius Thraciæ. Quidam tamen ex Oeagro flumine ortũ habere dicũt.

¶ Eridanus fluuiorum rex/ ex Alpibus orit̃ Veſuli mõtis/ in Adriaticũ effluẽs/ alio nomine Padus. ¶ Iſter ex Alpibus mõte Abnoba fontes ducit/ ꝑ Germa-niam/ Pannoniã & Mœſiã in Pontũ defluẽs. Nũc tamẽ fontes eius ĩ Sueuia ex plano erũpere campo cernuntur.

¶ Fo.xxxviii. Fluctibus ambitæ fue-rant. Antiſſa olim per ſe inſula/ nunc Leſbo iũcta eſt. ¶ Pharos olim parua & oblonga inſula/ lõge a littore/ nẽpe diei nauigatiõe (Teſte Pli.li.v) diſtãs ab Aegypto: nunc Alexandriæ/ ponte iũcta: e turri nocturnis ignibus curſum nauiũ regẽs. ¶ Tyrus inſula quondam (inquit Pli.li.v.) prealto mari ſeptin-gentis paſſibus diuiſa: nũc vero Alexã-dri oppugnãtis opibus contineẽs. Vrbs quidẽ olim maris imperio clara/ purpu-ræq; tinctura.

¶ Fo. lii. Fundit Anigrus aquas. Ani-grus fluuius eſt Græciæ/ qui e dulci fa-ctus eſt amarus: poſtq̃ in eo ſe lauerũt Centauri/ ab Hercule vulnerati.

¶ Hypanis fluuius Scythiæ/ qnq; die-rum nauigatiõe (vt ſcribit Herodotus) dulcis: ſed mox quatuor a mari dierum nauigatione fit amarus: ꝓpter amarũ q in eũ influit/ fontẽ. ¶ Admotis Athamantis aquis. Iouis fontẽ intellige/ qui in Dodone eſt: de quo Pli. ¶ Cicones populi Thraciæ/ circa Hebrũ.

¶ Chratis & Sybaris fluuii Calabriæ/ nõ lõge a Crotone vrbe/ in q̃ Pythagoras philoſophatus eſt/ Samũ relinquẽs

¶ Aurũ in quo qnta/ argẽti portio eſt: helectrum dicit̃. Author eſt Plinius

¶ Obſcœnæ Salmacis vnda: fons Cariæ/ quẽ/ q intrant/ effœminati exeũt. Salmacis enĩ nympha Dianæ comes/ ignaua: in eo fonte Hermaphroditũ cõplexa/ vtrũq; ſexũ/ in vno corpore con-iũxit. Author eſt Oui.li.iiii. Meta.

¶ Mirũ grauitate ſoporẽ: Periphraſis eſt Læthargi. ¶ Clitorius fons Arca-diæ/ qui potus/ vini odium inducit.

¶ Amythaone natus: Melãpus Amy-thaonis filius/ inſignis medicus: Prœ-tidas/ quattuor filias Prœti regis Argi-uorũ ab inſania liberauit. Nam cum ſe Iunoni pulcritudine prætuliſſent: Iu-no mẽtis inſaniã eis imiſit/ q̃ ſe vaccas credebãt. Iuxta illud Virgilii Prœtides implerũt falſis mugitibus agros.

¶ Fo.liii. Neptunia regna.i. maria: nã maris deus eſt Neptunus. ¶ E dulci Baccho.i. vino. Bacchus enĩ deus vini eſt. At deorũ nomina/ plærũq; ꝓ rebus quarũ dii habebant̃/ accipiunt̃.

¶ Folio. lv. Baiano in littore thermas id eſt Calidas aquas in Cãpania circa Baias oppidum.

¶ Aut liquidis fluitare incẽdia venis.i aquas feruidas fluere ꝑ venas ſulphure incẽſas. ¶ Vulcani fora id eſt Aetnam montẽ Siciliæ ardentẽ/ In quo fuere Cyclopes Vulcani (q deus eſt ignis) fabri-

¶Debacchari ignem .i. prædominari
&furere. Tot enim(ait Pli. li. ii)ſunt
ignium in terra rogi/totq; alii ignes in
mũdo/vt omnia excedat miracula/vllũ
diẽ fuiſſe/quo nõ cũcta conflagrarent.

¶ Ammonẽ fama eſt. Ammon hic ꝓ
fonte ponit/ q eſt in Lybia/circa tẽplũ
Iouis:qui Ammon ab arena dicit.

¶ Fo.lix. Aeſtatẽ indomitã increpitãs
i.vehemẽtẽ æſtatis calorẽ ego incuſans
Zephyroſq; ſilẽtes/ideſt nõ flãtes: nam
zephyri placidi ſunt & refrigerio apti
Aurarum id eſt ventorũ leniuſculorũ:
gelidas.i. refrigeratiuas:ſenſi.i.pcepi:
pperare.i.afflare:cohortes.i.turbas

¶ Fo.lx. Nimborũ i patriã. Nimbi ꝓ-
prie præcipites ſũt pluuiæ: Hic ꝓ vẽtis
tẽpeſtatibuſq;. Vẽti eni pluuias cõcitãt
Loca fœta.i. plæna:non grandia.

¶ Fo.lxv. Eurus ad aurorã.i.orientem
Aurora eni ꝓprie/eſt ipſe ſolis aſcẽſus
.i.prima pars diei/in q̃ ſolet pulſu ſolis
aer cõmotus aurã facere. ¶ Nabathæa
regio oriẽtalis/iuxta Arabiã/ ad ſinum
Perſicum:cuius Metropolis eſt Petra.
Author eſt Pli.li. vi.

¶ Perſida:accuſatiuus græcus a Perſis
idis. Dicit & Perſia æ:regio orientalis
quoq;/ad Carmaniã/orientẽ verſus ex-
tenſa/regũ potẽtia inſignis/vnde nume
roſus Xerxis exercitus. ¶ Et radiis iuga
ſubdita matutinis Verſus eſt ſpõdaicus
Iuga.i. Taurũ/maximũ Aſiæ montẽ.
Matutinis.i.oriẽtalibus. Matuta enim
a noſtris aurora dicit. ¶ Septẽtriones
.i.plauſtrũ/quod ſeptẽ habet ſtellas/iu-
xta polũ Arcticũ. ¶ Cõtraria tellus.i.
plaga meridionalis ex oppoſito ſepten
trionis. Pluuio Auſtro.i.pluuiali. Au-
ſter eni pluuias affert. ¶ Ab axe.i.polo
Mediũ ſolẽ.i.meridiẽ. Zephyruſq; ꝓ-
fundum.i.occaſum.

¶Fo. lxxviii. Flammæ triſulcæ.i.ful
minis:cui triplex eſt poteſtas. nã diſſi-
pat/penetrat/vrit. ¶ Intacto forulo.i.
illæſa vagina. Vtreꝙ cõſumpto.i.vaſe
combuſto. Aut ſua fata bibit.i.mortẽ.
Apperit e ſomno:duplex pp/ꝓpter q̃n
titatẽ. Alias enim aperit/ primã habet
correptã. Bos maris.i.vitulus marinus.
Iouis ales.i. Aquila.

¶Fo.lxxxiii. Euge pater Lænæe Euan.
Euge lætãtis vox: Pater Lænææ Bacche
q & Liber pater dicit. Euan dicit Bac-
chus a ſono bacchantiũ.i. eorũ q orgia
bacchi celebrãt. ¶ Monumẽta tuæ cõ-
iugis:id eſt/corona Ariadnes. Ariadne
eni Minois regis Cretenſis filia a The-
ſeo abducta/& in deſerta inſula ab eo
derelicta/a Baccho eſt adamata/ coro-
naq; donata/quæ iter ſydera relata eſſe
dicit. ¶ Quod dea tũ rore Idalio. Dea
Venus. Idalus mons in Cypro/ Veneri
ſacer. Ambroſia:deorum cibus. Eſt &
herba nõ iniucũda odore. ¶ Intactãq;
Hyacinthũ.i.florẽ rubeũ/ intactũ quia
puer ab Apolline adamatus/inuiola-
tus/ in eum florem eſt mutatus.

¶Fo.xciiii Geniuſq; dexter. Genius ve
terũ ſentẽtia/ dicit vniuſcuiuſq; anima
rõnalis. Ideoq; ſingulos eſſe ſingulorũ
Genius ergo dexter/nihil aliud eſt/ quã
ingenii acrimonia/dexteritaſq;.

¶ Mnemoſyne/latine memoria dicit:
Muſarũ parens. ¶ Paraphraſis/eſt ali-
cuius opis/ſeruata ipſius Authoris ſen-
tẽtia/clarior atq; facilior expoſitio Inde
Paraphraſtes dicit interpres/q nõ litterã
ex littera/ ſed ſenſum e ſenſu tranſfert:
quaſi iuxta loquens.

Finis Tabulæ/ Expoſitioniſq;
ſimul/ac totius Meteororũ
negocii.

85-32

Decaſtichon Coclæi In Ariſtotelem.

Non ſibi/ non paucis/non vni æuo/populo ve:
Humano generi/natus Ariſtoteles.
Cui natura dedit(homini quantũ dare phas eſt)
Diuinam mentem/nobileqꝫ ingenium.
Hic cunctas artes iuſta ſub lege redegit
Ad ſeries faciles/ad dociléſqꝫ modos.
Ipſe logos triplex:triplici mores docet arte:
Naturæ conſul/nil latitare ſinit
Hunc penitus lector bone conſule/digna relatu
Accipies:nulli vana repulſa datur.

*F1206-115

A512
A716m